

3.
C. 12. num. 3. Est 1720 116 14 12

F. F.
DISSERTATIO ACADEMICA

DE

CONCIONE DOCIMASTICA

GERMANIS

P. 270.
Prob = Predigt

DICTA

SVB PRAESIDIO

JO. GODOFR. KRAVSII, D.

PROFESSORIS PVBLICI EXTRA-ORDIN. SCABINATVS,
ET FACVLTATIS JVRID. VITEMBERG. JVDICII ITEM
PROVINCIALIS INFERIORIS LVSATIAE ASSESSORIS
SVBSTITVTI CVRIA EQVE PROVINC. ET
CONSIST. ADVOCATI ORDINARII

RESPONDENTE

JVLIO ALEXANDRO ab HARTITZSCH

EQVITE MISNICO

IN ALMA LEVCOREA

PLACIDO ERVDITORVM JVDICIO

SVBMITTITVR

CALEND. V. JANVARIII cIs Is cc XX.

EDITIO II.

VVITTENBERGAE, LITTERIS SCHEFFLERIANIS.

1739



DISSEPTATIO ACADEMICA

CONCIONE
DOCTIMASTICA

CHRISTOPH. FRIEDRICH

JO. GODOF. KRAVSIU. D.

PROFESSORIS PUBLICI EXTRA-ORDIN. SCARINATVS
ET FACULTATIS IURID. WITTEMBERG. IUDICIS PER
PROVINCIALIS INFERIORIS SASSATIAE APOSTOLICIS
SUBSTITUTI CURIAE PROVIC. ET
CONSIST. ADVOCAT. ORDINARI.

JULIO ALEXANDRO SP. HARTITZSC

IN ALMA LIPSCONENSIS
FACULTATE IURIDICAE

CALEND. FEBRUARII 1772

WITTEMBERGAE, LITAE SCHULTERMANI



V I R O

ANTIQUITATE GENERIS

ET

GLORIA MAJORVM PERQVAM GENEROSO
GRAVISSIMOQVE DOMINO

DOMINO

CHRISTIAN. MELCH.
AB HARTITZSCH

DYNASTAE COLMNITZ, ETC.

DOMINO SVO GRATIOSO

PATRONO ET PATRVELI

OMNI PIETATIS CVLTV AC OBSERVANTIAE LEGE
SVSPICIENDO DEVENERANDO

IN

V I R O

IN

VENERATIONIS AEQVE AC PIETATIS

ET
TESTIMONIUM

DISSERTATIONEM HANC ACADEMICAM

EA QVA DECET AC PAR EST ANIMI SVBMISSIONE

D. D. D.

AB HARTITZSCH

DYNASTAE COLMNIENSIS, ETC.

DOMINO SVO GRATIOSO

PATRONO ET PATRNE

OMNI PIETATIS CULTV AC OBSERVANTIAE LEGE

JVLIVS ALEXANDER AB HARTITZSCH

IN
EQVES MISN.

DISSERTATIO ACADEMICA
DE
CONCIONE
DOCIMASTICA
GERMANIS
Prob = Predigt
DICTA

PROOEMIUM.



ultum illum, qui primis Christianis, absque rituum pompa, religiosus erat, DEO placuisse, et sua simplicitate se commendasse, nullus dubitat, quem non latet, regnum Christi, fatente ipso APOSTOLO, non in cultu quodam pomposo, ceremoniisque multis, iisdemque uariis, uerum in Spiritu atque ueritate, consistere, et cultum externum, propter internum, uere religiosum dici, illumque, si deficiat internus, quo unice DEVS colitur, magis superstitiosum esse, quam DEO acceptum. Id quod etiam ipsis ex gentiliū sapientibus bene constitisse, docet DN. BOEHMERVS *tr. de Iure*

A

Liturg.

Liturg. c. 1. §. 4. Quo magis igitur primitivae Ecclesiae cultus simplicitate nitebatur, eo purior, ac ab omni superstitione remotior erat, nihilque fuciaut hypocrisicos secum ferebat, sed uno corde ac mente ad DEVM effundebantur preces, *Act. I.*, et maiori cum concordia agapae celebrabantur, quo de vid. BOEHM. *Iur. Eccl. ant. Diff. IV. per tot.* Non diu tamen in hac simplicitate sua substiterunt Ecclesiae primitivae membra, sed mox variis ritibus ceremoniisque, cultum quo exornarent sacrum, et splendorem ac pompam adderent externo, id dederunt operam. Quibus pedetentim et moribus sensim introductis receptisque, legibus etiam paulo post publicis, in rebus liturgicis diligenter ut obseruarentur, imperatum legimus. Actum scilicet iam erat *Seculum III*, quo, tempore *Caesaris CONSTANTINI M.* exantlatis grauissimis persecutionibus, et pace coetui piorum reddita, Ecclesiae simul liberrimum exercendae religionis arbitrium restauratum, constat. Nam quemadmodum Christianis haecenus prohibitum, publicos plena luce agere conuentus, sed in tantis persecutionum procellis abdita quaerendi, imo loca saepe mutandi, necessitas ipsis imposita, nec aedes habere sacras,

et

et cultum pompa quadam exhibere DEO, de-
que ceremoniis multis uariisque cogitare, ipsis
haut integrum erat, ut adeo recte notetur DN.
BOEHMERO *Diss. II. Iur. Eccl. ant. ad Plinium
Secundum*, Io. MEDE, *Anglus*, qui ab Apo-
stolorum acuo, templa, quae Christiani sacris
suis dicata habuerint, repetere non dubitauit,
quem librum, ab *Henr. Lud. BENTHEM* uer-
naculae donatum, uidemus. Ita extruendi
templa aedesque habere, sacris proprie dicatas,
non prius licuisse Christianis, nisi sub auspiciis
CONSTANTINI M. ipso Caesare piissimo magni-
ficos sumtus suppeditante, ex historia certum.
Qua libertate Ecclesiae donata, extructisque ita
templis, in dies crescebant ritus, uariaeque cere-
moniae excogitatae, et cultui externo pompam
et splendorem conciliari oportere, id maxime
interesse religioni, persuasum erat Clero, quo eo
facilius forte idolorum cultores, superstitione
innutriti, et cultui splendido assueti, caperentur,
et eo ipso magis magisque ad castra transirent
Christianorum. Id quidem satis certum, et tem-
pore Apostolorum ab Ecclesia quosdam obser-
uatos fuisse ritus, hi tamen non, nisi internum
respiciebant cultum, et interioris deuotionis ef-
fecta explicabant. Ast uero aucto numero fide-
lium,

lium, et ritus auctos, uariosque etiam ex genti-
 lismo inoleuisse in Ecclesiam, nulli dubitamus.
 Probabile etiam nobis uidetur, nulla commo-
 diori uia cleri dominatum praetensum in Ecclesia
 euehi potuisse, quam tot, uariisque ritibus, ab
 illo introductis, quibus factum, ut non quid cre-
 di, sed quid obseruari, ab Ecclesia deberet, Cle-
 rus plebi et laicis, imo et maxime iis, qui sacris
 coordinandi, inculcarent. In tantum uero clemen-
 tia, imo patientia, Imperatorum, rituum ceremo-
 niarumque introductione, Clerus procedebat, ut
 eisdem, superaddi quid posse, iam Seculo VI. GRE-
 GORIO M. Pontifice uix crederetur, adeo, ut ne-
 cessarium fuerit uisum, earum tradere regulam,
 eamque certis comprehendere libris liturgicis,
 quorum plenissimum Catalogum exhibet SIB-
 BERN. *de Libris Ecclesiae Latinae*, in gratiam scilicet
 illorum, quibus potissimum negotia tractare
 sacra mandatum, ne, monente GRATIANO *c. 2.*
d. 38. et AVGVSTINO *dist. ead. c. 5.* aut quid cere-
 moniae, aut ritus, in sacris intermittatur. Quam-
 uis uero lubentissime concedamus, non omnes
 solennitates, cultui diuino inseruientes, negli-
 gendas, aut damnandas esse, inprimis, si manda-
 tis diuinis non repugnent, et rectae rationi con-
 ueniant, atque mediantibus istis, deuotio interna
 exci-

excitetur, nihilque ipsis inest, aut operis meritorii, aut necessitatis, uel etiam hypocrisis, DEO maxime improbatam, secum minime ferant; Improbandi tamen maxime ueniunt ritus, qui superstitionem redolent, et a uero cultu interno in tantum recedunt, ut nihil, praeter ritus externos, supermaneat religioni, atque cultui interno, quo tamen uere colitur DEVS, ac ueneratur. Multi enim ac uarii ritus, etiamsi in se superstitiosi haut sint, si tamen cultum internum unice non respiciant, sed sensus tantum feriant, multum incommodi inferunt Ecclesiae. uid. BOEHMERVS *l. c. §. 33.* Nam natura hominum, ut ut facile ad pompam quandam religionis inclinatur, ita capitur iisdem ritibus splendidis, ac pomposis, ut religionis ueritatem deserat, cultum internum negligat, superstitionemque sequatur. Prudentiae ergo, si qua opus, certe in introducendis, admittendisque ritibus, quibus cultui externo splendor quidam conciliatur, opus erit, ne religio uariis, multisque ritibus accumulata, Gentilium sua haut absimilis, a uero et Christi praeceptis aberrat, in superstitionem recidat, et falsa sequatur. Fatum hoc Ecclesia, post Apostolorum Secula, satis sensit, cum Clerus, hierarchiam quo stabiliret suam, multos et

uarios ritus excogitauit, religionique uerae sup-
 posuit, qui in tantum tandem excreuere cumu-
 lum, ut praeter ritus, religio nulla uideretur.
 Reformatione hinc quadam Ecclesia maxime
 indigebat. Id quod annisus quidem est B.
 LVTHERVS, qui maxime de medela cogita-
 uit, qua, de superstitione aegrotanti Ecclesiae,
 subueniret, et ipsi restitueret simplicitatem fidei.
 Sed, quemadmodum perquam difficile est, tol-
 lere superstitionem, si quas radices egerit in
 cordibus hominum, eaque fascinati quasi sint
 eorum oculi, immo corda, in tantum ut fa-
 ciant ea, quae cultui cuidam externo inser-
 uiant, nesciunt uero plane, quo in consistat cul-
 tus internus, simplicitasque fidei. Inde non
 est, quod miremur, memoriae traditum si legi-
 mus: lumine Euangelii ex tenebris orto, et
 ministerio B. LVTHERI restaurato, maiores
 nostros, ritus cultui externo inseruientes, pro-
 aris et focis propugnasse, eosque non esse
 Christianos, cultum qui DEO non exhibe-
 rent, magna pompa splendidum, credidisse, et
 uehementer ueritati obstitisse, et hinc inde mo-
 tus, turbas, persecutionesque excitasse, ut res
 in flammam apertam et bellum Smalcaldi-
 cum, admodum funestum, tandem erumperet.

Sed

Sed et hic tandem ueritas uictrix ; premitur enim, nunquam opprimitur, tandemque transcendit Sol nebulas. Interim tamen factum, ut in Ecclesiis Euangelicorum non omnes ritus haecenus a Clero introducti, atque huc dum retenti, abolerentur, sed illi tantum, qui Papatum, aut quid operis meritorii, aut superstitionis redolerent, et fidei uere credentium contrariarentur; illi uero, qui euangelicae ueritati non repugnabant, et deuotionem in Ecclesia promouebant, retinerentur. Ritus uero ecclesiastici, utut cultum externum respiciunt, maxime humano subiacent arbitrio. Ita saepe euenit, ut circa eorum obseruationem, et receptionem, non omnium Ecclesiarum, apud Euangelicos, eadem ubique manserit Praxis, uerum multi Liturgias suas colligere, atque ad ordinem quendam reuocare, coeperint, ex quo ortae sunt uariae agendae, uariaeque ordinationes Ecclesiasticae, uariis, singulisque fere prouinciis propriae; non minus uero publica autoritate, quo legis uigorem haberent, comprobatae. Perquam uero longi essemus, ritus omnes, quibus hucdum nos Euangelici in sacris utimur, si recensere, et de iis meditari, uelimus. Id certum, iis non minus annumerandas

randas esse solennitates, quas inuocandis ordinandisque Ministris Sacrorum cum laude quidem retendas uidemus, et quod ante non insequatur eos aut uocatio, uel etiam ordinatio, quam nominati, populoque, Parochianis scilicet praedicati, et Oratione sacra solenni illa, Doctrinastica quae uocatur, ad eum habita, eius iudicio expositi fuerint. Atque hunc ritum laude dignum satis, praeter preces atque impositionem manuum, etiam in Ecclesia nostra uigere, ex ORDIN. ECCLES. pro parte *rubr. von Berufung und Annehmung derer Kirchen-Diener*, et in uim legis publicae praescriptum, patet. Nostram uero cum sit, in praesens, specimen quoddam Academicum exhibendum tradere, de ritibus, in uocandis Ministris Ecclesiae, aut usu receptis, aut lege publica praescriptis, non nulla recensere, ne tamen modum dissertationis eo excedamus, tantum ista, quae circa CONCIONEM DOCTRINASTICAM, *Germ. die Prob-Predigt*, obseruanda ueniunt, delineare, nobiscum constituimus. Id quod institutum nostrum, ut eo feliciter procedat, Diuini Numinis imploramus assistentiam.



§. I.

Concionis uox a uerbo *concio*, i. e. *conuoco*, no. *Euolutio* tante VOSSIO *de liter. permut. uerb.* CIEO, et uocis, MARTINI *in Lex. Phil.* uerb. CONCIO. dedu. *Concio.* citur. GRAECIS uerbo *ἐκκλησία* exprimitur. FESTO proprie est conuentus, qui a magistratu, uel sacerdote publico per praeconem conuocatur. Inde CICERO *in Oratore*: *Concionem saepe uidi exclamare.* Concionem uero auocare, apud GELL. *Lib. XIII. c. 14.* est ex mente THYSSII, concionem a magistratu aduocaram, abducere, quod tamen, idem docente, nemini licebat, nisi COSS. Tria hanc uocem significare ait GELL. *L. XVIII. c. 7.* *Locum primo suggestumque, unde uerba fierent.* Ita enim TULLIUS *Orat. contra Conc. Q. Metellii.* *Escendi in Concionem, concursus est populi factus.* Dein coetum populi assistentis, et denique *Orationem ipsam*, quae ad populum conuocatum habetur, quemadmodum CICERO *L. IX. Ep. ad fam. 14.* *legi concionem tuam, nihil ita sapientius etc.* ita accipit. Surgebant uero, qui uerba facturi erant, ut ex CICERONE constat, et capiti coronam impositam gestebant. Ita enim LUCIANVS *de Demoniacte*: *magno animo, et corona redimitus et nitida ueste amictus, suis calumniatoribus responsurus, in concionem uenit, scribit.* Et, quod si Orationem quis finiuerat, coronam ipse proxime dicturo imponebat, hinc, *cedere coronam.* Moris praeterea erat, illis, qui bene uerba fecerant, dare coronam uirtutis auream, ut testatur ARISTIDES. *Isop. Orat. 4.* Victorem, qui aurea corona donandus erat, postquam a sacro Praecone ea res renunciata esset, primo nominari, deinde coronari, in Concione consuevit. *Vid. Liv. Lib. XIII.* Ceterum Concionis uoce saepe uti Scriptores, probat DV FRESNE *Glossario. b. u.* Ita CONRADVS *Vspergensis* in uita EOTHARII, *Imperatoris,*

B

toris,



roris, scribit: nuptias cum ea apud Augustam Ciuitatem, conuocatis fere omnibus Principibus, magnifice celebrauit, in loco, qui dicitur concio legum. Quo, animaduertente VELSE-RO, de Augusta Vindelic. scriptor ille significare uoluit *Campum istum Martium*, ubi conveniebant Imp. cum Imperii Proceribus, ut de faciendis legibus consultarent. Nobis hic Concionis uox denotat *ipsa uerba Orationis*.

§. II.

Transitio.

Quemadmodum uero et hic ultimus significatus uarias sub se complectitur species, ita de unica illa, quae *probastica*, a graeco illo *πειράζειν*, quod est *tentare*, sumitur, quae proprie pro *tentatione* illa, qua DEVS homines probat, Jac. I. uid. SVICERI *Thesaur. Eccles.* h. u. uel potius *δοκιμασιών*, ab illo *δοκιμάζω*, probare, ut D. PAVLVS I. *Tim.* III, 10. accipit, scilicet aliquem prius probare, qualitatesque et actiones eius examinare, quam uocem ex iure Attico. desumptam esse, ex PRICAEO probat SVIGERVS l. c. uerbo *δοκιμάζω*, et rectius ad nostram concionem probatoriam applicatur, quam illud *πειράζειν*, item *Probatória*, germanis *eine Prob. Predigt*, uocatur, hic erimus solliciti, quam operam L. B. non ingratam fore, speramus. Est uero *Concilio* haec *Docimastica* Oratio, quam Candidatus ministerii, iussu Ecclesiae Patroni, in praesentia Presbyteri, populo conuocato, ex suggestu publico habet, quo tum aptitudo eius, tum Parochianorum iudicium de Candidati persona, moribus atque doctrina, eo melius explorari possit.

*Concionis
Docima-
sticae de-
finitio.*

*Differen-
tia maxi-
me a con-
cionis illa,
quae con-
uiuialis
appella-
tur, offen-
ditur.*

Differt hinc praesens nostra Concio *Docimastica*, uti a ceteris, quas Ecclesiae Ministri habituri alias sunt ad populum, ita sigillatim etiam a *conuiuiali* illa, Germanis *eine Gastpredigt* dicta. Haec enim ab iis, qui e uita decesserunt, uel inde alibi egresso, Ecclesiae Ministro, officium sacrum uacans petere solent, ante electionem. *Docimastica* autem a Candidato, iam nominato et electo, habetur. Deinde *Docimastica* etiam

etiam postulat Superintendentis et Patroni praesentiam, ac non minus factam populi conuocationem; *Conuiuialis* econtrario ad desiderium Patroni, etiamsi Superintendens eidem non affuerit, nec populi conuocatio specialis praecesserit, haberi solet ac potest. *Illam, non hanc, insequitur uocatio ad munus sacrum suscipiendum, legibus conueniens et legitima. Illa, non hac, in personae mores ac doctrinam inquiritur, et Parochianorum iudicium exploratur. Accedit et hoc, quod conuiuialis a pluribus, Docimastica autem plerumque ab uno tantummodo, iam electo et ad officium uacans denominato, instituitur. Denique etiam Docimastica non, nisi eo in templo, cui nouus Pastor praeficiendus, habenda sit, cum econtra, quod attinet ad conuiualem, quippe quae ad nudam informationem eorundem, qui iure Patronatus, aut ad minimum potestate denominandi gaudent, et ab arbitrio denominantis dependet, quo in templo, si uaria habeat, hanc audire uelit. Vnde etiam apud nos uidemus, quod Candidati Ministerii, qui se Supremi Consistorii Dresdenensis examini subiiciunt, orationem sacram in templo, B. Sophiae dicatum, habere ipsos oporteat, et quidem uel in praesentia aut Concionatoris Aulici Supremi, uel etiam Superintendentis, quo ratione futurae promotionis scire possint, an Candidatus ad munia sacra obeunda etiam habilis, dotibusque corporis et animi ad id necessarius praeditus sit. Vid. Excell. DN. BEYER. addit. ad Carpz. Iurispr. Eccl. L. I. def. 59.*

§. III.

Concionem docimasticam, quam apud nos Ecclesiae noui Antistites edere tenentur prius, quam ad sacra munia obeunda aut legitime uocari, aut ordinari queunt, ad fidei confessionem illam, quam Catechumeni olim, audiente omni fidelium populo, in suggestu, uel editiori quodam loco, teste AVGVSTINO, L. VIII. Confess. c. 2. profitebantur, antequam electi uocarentur, et perfectis Christianis coordinarentur, quodam

Concionis
docimasti-
cae intro-
ductio in
Eccles.
non satis
constat.

dammodo accedere, putat CALVOER, *Rit. Eccl. P. II. Sect. III. c. 16.* Id certum, multum secum ferre antiquitatis hunc ritum. Ita apud *Arbenienses* moris iam erat, ut, si quis in numerum Oratorum se receptum uidere uellet, eum, docente AESCHINE *Orat. c. Timarch.* in publicum oportuit prodire, et Orationem habere ad populum, quem facundia moribusque bonis repertum, tum applaudebat, et transcendere tribunal dignum iudicabat. Equidem, apud *ueteres Christianos* illud moris fuisse in constitutione ministrorum Ecclesiae, nihil quidem certi antiquitatum Scriptores definiunt; legimus tamen, praecedere debuisse manuum impositioni praedicationem quandam electi ad populum i. e. Ecclesiam, penes quam potestas erat, non modo de Candidati persona, uerum etiam de eiusdem doctrina, et an *διδασκτικός* sit, moribusque integer existat, ferendi iudicium.

Quamuis uero facile concedamus, Candidatos ad ministerium Ecclesiae electos, antequam inuestiri officio manuum impositione poterant, prius talem concionem docimasticam, ut hodie fieri consueuit in Ecclesiis, non semper et ubique habuisse ad populum; interim tamen, praeter preces atque manuum impositionem, numero fidelium quodammodo crescente, et hinc inde uno alteroue loco Ecclesia particulari quadam plantata, ita, ut Apostolis consultum uisum fuerit, singulis illis locis constituere uiros in fide probatos, qui coetui fidelium docendo, adhortando, precandoque praeesent, et gregem Christi, iuxta eius mandatum, pacferent, Ecclesiae obluant, ministrum, de cuius docendi idoneitate integritateque uitae Ecclesiae parum aut nihil notum, minime omnium obtrudisse, certum, sed potius Ecclesiae prius praedicasse, et eo ipso facultatem dedisse, quo inquirat, an Candidatus etiam *διδασκτικός* morumque probus existat? et quo hinc populus per *χειροτονίαν* indicare applausum prius possit, quam *χειροθεσία* ipsum ad ministerium
alias

alias electum insequi poterat. Vbi satis probabile, ad minimum professionem fidei ab eo fieri debuisset, audiente omni fidelium populo. Quale enim iudicium ferre possum de personae qualitate et habilitate ad docendum, si eam non audiero? Quale de morum integritate, si non nouero? Atque huc redit mens D. PAVLI *i. Tim. III, 10.* quando, Ordinationi Ecclesiae ministri praecedere debere monet, *ἵνα δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον*, ut scilicet audiantur prius docentes, nimirum an sint *διδασκτικοί*, quam qualitatem, utut praecipuam, idem Apostolus alibi maxime urget. Non oportet enim, inquit THEOPHYLACTVS *ad b. l.* non probatos prouehi, sed exploratos, et, si inculpati fuerint inuenti, id quod ipsum, tanquam alterum ministri Ecclesiae necessarium requisitum, APOSTOLVS *l. c.* uerbo *ἀνεγκλιῆτοι ὄντες*, inculcat. Et hoc erat apud ueteres proponere, praedicare personam ad ministerium uacans electam, populo i. e. Ecclesiae. Ita constitutum reperimus *can. 6. CONCIL. CHALCED.* Ut omnium de eo, qui ordinandus erat, iudicia suscitarentur, illius nomen publice proponatur, facta omnibus potestate, quicquid uellent, eis obiciendi; et hoc erat praedicare Ecclesiae, ut ARSINIVS exprimit. Conf. IUSTELLVS *ad cit. cau.* Atque hunc ritum iam olim obseruatum fuisse, uidere est ex eo, quod AEL. LAMPRIDIUS *de ALEXANDRO SEVERO* Imp. commemorat: Eum, eos, quos uoluisset uel rectores prouinciae dare - - uel procuratores - - ordinare, nomina eorum proposuisse, ut, si quis quid haberet criminis, hortaretur, ratus, graue esse, quum id Christiani et Iudaei facerent, in praedicantibus sacerdotibus, qui ordinandi sunt, non fieri in Prouinciarum rectoribus, quibus fortunae hominum committerentur conf. CAVE *Von Christenthum der ersten Christen. p. 255. seqq.* Quod si id Caesar, Gentilium inter castra educatus uersatusque, in constituendis Rectoribus prouinciae obseruauit, et quidem in salutem sui et suorum:

B

mul-

multo magis in Constitutione ministrorum Ecclesiae, quo illi prius populo praedicentur, et, ut tum in eorum doctrinam atque donum διδασκαλιῶν, quod praecipuum, tum etiam in morum eorum integritatem, quod illo haut inferius, inuestigetur, et populus eorum notitiam consequatur, antequam non hominum fortunae, sed animarum, Christi sanguine redemptarum, salus committatur, summa necessitas efflagitabit. Re-cte inde pariter atque prudenter Christiani hac parte insecuti Iudaeos, immo prudentiores ex Gentilibus. Gentes enim in constituendo *Oratore*, quorum magna in Republica erat autoritas; qualem obseruauerint ritum, supra delibauimus; Iudaeos ab eiusmodi ritu parum recessisse patet. Ita CYPRIANVS *Ep. 34. L.I. de Praedic. Eleazaris. Iubet DEVS constitui sacerdotem i. e. instruit et ostendit ordinationes sacerdotales, non, nisi sub populi assistentis conscientia, fieri oportere, ut, plebe praesente, uel detegantur malorum crimina, uel bonorum merita praedicentur, si sit ordinatio iusta ac legitima, quae omnium suffragio et iudicio fuerit examinata. Patet inde, si non Concio docimastica, ea quidem solennitate, qua apud nos hodie fit, Ordinationem praecesserit, interim tamen eadem haut absimilem obseruasse ueteres Christianos ritum, antequam electum Candidatum ad Ecclesiae ministerium manuum impositione ordinarent, ac in Ecclesiam introduxerint.*

§. IV.

Veteres Christiani nos probasse primum ministrum, antequam ordinarent. Aliqualem igitur ritum primos Christianos praeter manuum impositionem, imo qui eam praecesserit, obseruasse, dubio, per superius deducta, caret. Illud quaestionis uero esse poterit, an ille ritus speciem atque similitudinem quandam habuerit cum hoc illo, quem hodiernum in Ecclesia obseruamus ritum? Vbi breuiter saltem monemus, quemadmodum professio fidei a Catechumenis in conspectu populi, antequam electi dicerentur, et perfectis cooptarentur, *conf. CALV OER. Rit.*

ritum, ...

Rit. Eccl. P. I. p. 217. sqq. praecedat necesse erat, ut ut etiam uocatio in ministro Ecclesiae, si debuerat esse legitima ac iusta, Candidatus, quo sistatur prius Ecclesiae, cui praeficiendus, praebatque se illi *διδασκτικὸν ἔ ἀνέγκλητον*, i. e. ad docendum idoneum et moribus probum, praecedat eidem, maxime et pro necessitate requirebatur, quemadmodum non minus olim personae praedicatio, quo ante uocationem et ordinationem fieret, pro regula legitimae uocationis requirebatur, ut ita Ecclesia, cui praeponendus, potestatem una consequeretur, in doctrinam et mores Candidati inuestigandi, declarandique, an electioni applaudere, an contradicere uellet, ita et nostram Concionem docimasticam ritibus omnibus hisce, si non ex asse conueniat, minime tamen aliud intendere uideri. Et, quid opus est, longe inuestigare originem? Sufficiet nobis, cum nihil certi historia, quando inualuerit in Ecclesia? et quomodo obseruatus fuerit hic ritus ab Ecclesia? consignatum reperiamus, ut autoritate *Oraculi PAVLINI 1. Tim. III, 10.* aliisque Scripturae Sacrae locis suffulti, nec non Patrum quorundam, ut CYPRIANE, didis et rerum ecclesiasticarum historia freti atque innixi, credamus, ritum aliquem, quo Ecclesia de Candidati ad officium sacrum uacans electi, idoneitate docendi et integritate uitae cognoscere, et eo liberius iudicium suum proferre potuerit, in ecclesia iam olim inoleuisse, si non *concioni* nostrae *docimasticae* in omnibus similem, tamen nec in omnibus absimilem. *conf. QVNSTED. Antiquit. Biblic. p. 136.* Atque ritum hunc in Ecclesia semper et ubique receptum fuisse, ut illi, qui ministerio Ecclesiae praeponendi essent, *Specimina* prius ederent, quibus, se esse dignos officio, probarent, affirmare haut dubitamus. Diffiteri equidem non possumus *Sec. XII.* dominatum Papae tantas recepisse uires, ut, secularibus et plebi iudicium de Clero ferre, plane interdictum, et nullam facultatem, tum circa electionem, tum uocationem, noui Ecclesiae

clesiae ministri laicis relictam fuisse, ita, ut CONCILIO LATERANENSI, 1215. habito, omnem potestatem clerus papalis circa Sacra sibi arrogaret. Non tamen ideo existimandum, ritum hunc, scilicet sistere nouum Ecclesiae, ministrum populo ex suggestu ante uocationem et ordinationem iuxta CAN. *nullus ordinetur etc. ii.* item CAN. *nullus Episcopus sine Concilio 6.* DIST. 24. alias necessarium, plane exoluisse, licet laicis non integrum manserit, contradicere, multo minus improbare aut Candidati dona didactica, aut uitae mores. Libertatem uero hanc ex babyloica captiuitate ministerio B. LUTHERI postliminio restitutam fuisse Secularibus, laicisque, notum; ritusque ueterum Christianorum pro parte restauratos esse, constat. Et ita hodie hoc negotium uocandi ministros Ecclesiae ad totam spectat Ecclesiam, adeo, ut PRESBYTERIO conueniat *examen, ordinatio, inauguratio, PATRONO uocatio, praesentatio, CONSISTORIO* aut potius PRINCIPALI *confirmatio, POPULO consensus* et *αεγορωια*, conf. B. GERHARD. *loc. de Minist. Eccl.* Fallunt ergo et falluntur *Papaei*, qui hoc negotium CONCIL. TRIDENT. *Sess. XXIII. c. 4. soli CLERO*; ARMINIANI, et cum iis GROTIUS *tr. de Iure Summ. magistr. circa Sacra c. 10. soli MAGISTRATVI*, et illi, qui cum BLONDELLO *lib. de Iure plebis in regim. Eccles. Soli PLEBI* iudicare satagunt. Sed in uiam. *Concio nostra docimastica*, de qua quaedam sumus delineaturi, apud Euangelicos recte et laudabili instituto retenta, et ubique fere recepta est, legibusque publicis, uti apud nos ORDIN. ECCL. *rubr. Vom Examine aller Kirchen-Diener, §. Also ist auch x. vers. welche ihn*, pro forma praescripta legitur, adeo, ut uocatio aequae ac nulla aestimetur, si ea non praecesserit. In quantum exinde conueniat cum Veterum praedicatione, quam *Χερω Festen* praecedere oportebat, cuiusuis sano, non aegrotanti, relinquimus iudicio, sistitur ergo Concione hac Docimastica nouus

PATRONO

Patrono electus Pastor populo illius Ecclesiae, cui praeficiendus, in suggestu, ut eum uideant, atque audiant, simulque occasionem habeant iustam dissensus causam allegandi, quas ut plurimum per deputatos proponere solent, parochiani Patrono ac Superintendenti, quos actui huic interesse necessario oportet. Quodsi tamen persona a Patrono nominata, testimoniis Consistorii comprobata, donis ad docendum instructa, probitatemque uitae prae se ferat, non integrum erit populo dissentire, sed tum populi dissensus, Consistorii uel potius Principis autoritate interueniente, aufertur atque tollitur.

§. V.

Ipsam iam, quod concernit, concionem docimasticam, *Quando rite quo ea haberi possit, uaria praecedere debent.* Ante *Concio* omnia enim, ut munus quoddam ecclesiasticam, cui nouus *docima-* Pastor praeficiendus, *stica insti-* uacans et *tui possit?* Ecclesia uiduata sit, desideratur, quod nullam ob aliam causam instituitur, quam ut Candidatus ad sacrum hoc officium, quod ministro uacat, electus, ex suggestu sistatur, et eo ipso dona eius didactica, assistente populo, audiantur, examinenturque, eiusque persona innotescat prius Ecclesiae, quam uocationem accipiat. Concessio uero muneris nondum uacantis non solum pro nulla atque inualida iudicatur, C. *illud. 8. X. de Iure Patronatus C. 13. X. de Concess. Praebend. B. ZIEGL. ad Lancell. L. 1. §. 1. tit. 28. uerb. ad beneficium*, uerum a GELASIO Pontifice etiam in C. *1. X. de Concess. Praebend.* grauissime prohibetur. *Qui enim, inquit, in uiuorum sacerdotum loco ponuntur, hoc ipso sunt ab ecclesiastica communione pellendi, quo se passi sunt successores uiuis sacerdotibus adhiberi.* Variis autem modis Ecclesia parochialis uacare potest, et quamuis Canonistae communiter tres constituere soleant 1) *de facto tantum*, quoties scilicet parochus actu quidem haut adest, iniuria

C

tamen

tamen temporis, uel plebis eiectus fuerit, ita, ut Ecclesia quidem *externae*, minime uero *de iure uacet*, 2) *de iure tantum*, quando quis Ecclesiae quidem praefectus est, sed mediis illegitimis, et uia indirecta, intrauerit ouile Christi, ita ut instar furis et latronis Ecclesiam magis occupauerit, quam quod rite uocatus fuerit 3) *de iure et facto simul*, quae et alias uacatio *plena* dici, atque contingere solet, quoniam nullus plane parochus adest, nec aliquis ius quoddam in illam Ecclesiam habet, idque ex eo, quod aut mortuus aut transfatus alibi, aut legitime depositus sit, aut quod motu proprio resignauerit, uel etiam malitiose deseruerit. LYNCK. *ad Decret. Tit. de Concess. Praebend. §. 2.* CORVINUS *in apbor. ad Ius Can. tit. Quib. mod. benef. cess.* Interim tamen, si dicendum, quod res est, *ultima* ex illis tribus causis fere tantum attendi solet ac debet. Enim uero *prima*, durante iniuria temporis, non agnoscitur, multominus *secunda*, praepremis cum fraudes, quae occurrere, et hac in re adhiberi, solent, tanta calliditate suscipiantur, ut uix intelligi queant. Addi hinc potius meretur *alia* species, quae a Canonistis etiam agnoscitur, si nimirum Ecclesia habeat *Parochum inutilem*. Ita enim PONTIFEX de hac specie in *Cap. 2. X. de translat. Episc.* sentit. *iuxta communem loquendi modum illa dicitur Ecclesia uiduata, quae, licet Episcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere*; in effectu enim parum interest, utrum Ecclesia in totum careat ministro, aut Pastore, an uero habeat, sed qui officio suo in totum deest. *conf. Du. BOEHM. de Jure Paroch. Sect. VIII. Cap. I. §. 22. et 23.*

Quidst,
parochus
morbo

§. VI.

Facile hinc iudicari potest, quid sentiendum sit, si parochus prouectioris aetatis sit, uel morbo chronico laboret, et
ad

ad diuinum munus amplius obeundum inhabilis existat, *Chronico labore*, num hoc in casu aliquis cum certa spe succedendi ipsi adiungi possit? Id quod non solum ex antea deductis affirmandum, *num cum sed et sigillatim in ORD. ELECT. SAX. POLIT. de 1612. tit. spe succes-*
sonis quis
Von Consistorial. Sachen *vers. auf das auch Unsere Consi-*
storia etc. approbatum est, modo non filius indignus, aut ei substi-
tui possit?
 gener degener associari petatur. Interim tamen de eo disquiritur, num eiusmodi substituendus semper *cum spe succedendi* associari debeat? an vero spe illa adempta substitui possit? Id equidem fieri in substitutionibus, quod attinet munera ciuilia, ut saepissime sine spe succedendi concedi soleant, quotidiana docemur experientia; at enim munera quod attinet ecclesiastica, in primis parochialia, substitutiones absque spe succedendi, ad minimum in loco, ubi penes Patronum stat, uocare ministros, uix ac ne uix quidem, immo minime omnium, tolerari aut etiam confirmari debere a Consistorio, nec solum etiam, recte monet CARPZ. *L. I. def. 18.* Hancque in sententiam nomine POTENTISSIMI sub dato *Dresdae die 18. Sept. 1715. ad Capitaneum Praefecturae Goerlicensis* rescriptum esse, memini, cuius Rescripti tenorem huc referre non displicebit.

P. P.

Bester Rath, lieber getreuer, Uns ist gebührend vorgetragen worden, was ihr in Sachen Hiob Adolph von Uchteritz zu Ebersbach wieder Franz Adolph von Schachmann zu Cunnersdorff und die Gemeinde daselbst, die Substitution zum Diaconat betr. unterm 16. August. jüngsthin unterthänigst berichtet, hierauf nun ist Unser begehren, ihr wollet die Güte zwischen denen Interessenten nochmahln allen Fleißes versuchen, in deren Entstehung aber dem Substituendo, Gottlieb Jungen, weiln Wir hoffen wollen, daß sich alles von euch einberichter massen also verhalten werde, die Vocation zu der quaestionirten Substitution

C 2

POST

von Amtswegen ausfertigen, und die *SPEM SUCCESSIONIS* auf des alten Diaconi Sebastians Seyfriedens erfolgendes Absterben in dieselbe mit einrücken, bey denen in eure Amts: Hauptmannschafft gehörigen Obrigkeiten, so die *Iura Patronatus* haben, verfügen, und darauf mit Acht haben, auch sonst, daß bey allen und jeden dergleichen Substitutionen denen *Substitutis* die *Spes successionis* entweder bey der Kirche, da sie substituiret werden, oder bey einem andern, die derselbe Patronus auch zu vergeben hat, versichern werde, damit nicht wiedrigenfalls solche Leuthe, die doch einmahl ordiniret seyn, zum Despect ihres Priesterlichen Amts, wenn sie zur Succession nicht gelangen, und ohne Pfarre verbleiben, andern zum Vergernuß in der Dürfftigkeit herum gehen müssen. 2c.

Rechte tamen monet Dn. BEYER *ad d. l. CARPZ.* quod hoc de eo tantum casu intelligendum sit, quando substitutus a Patrono *Nobili*, uel *alio ius Patronatus habente*, uocatur, quodque res aliter se habeat, quando uocatio fiat a *CONSISTORIO SUPREMO*, quo quidem in casu successio non facile, imo nunquam, promitti solet. Mortuo autem Pastore emerito, uel ad decretum Consistorii substitutus succedit, uel aliud ipsi demandatur munus Ecclesiasticum, ceu Praxis quotidiana docet; imo, quod attinet *LYDIMODERATORES* atque *AEDITVOS*, illis saepissime in substitutionibus spes succedenti plane denegatur. Ita rescriptum est sub dato d. 21. April. 1704. ad Praefectum Vitemberg. intuitu substitutionis des Schulmeisters zu Groß: Marzahne, Als sind Wir gnädigst entschlossen, bemeldtem Schochen solche Substitution auftragen zu lassen. Ist demnach unser Begehren hiermit, du, der Creys: Amtmann, wollest demselben gewöhnliche Vocation, jedoch ohne bewilligte Succession, ausstellen.

§. VII.

Præcedere vero hæc Concio debet, antequam Patronus uocationem futuro Pastori exhibeat, illumue Consistorio ad examen atque Confirmationem præsentet, CARPZ. L. I. def. 23. Quamuis enim per introductum ius Patronatus populi atque Parochianorum libertas quodammodo fuerit restricta, iis tamen inuitis, præcipuis si iustas dissentiendi causas habeant, nouus Pastor obrudendus haut est, ORD. ELECT. SAX. ECCL. rubr. *Concio docimastica uocationem præcedat, necesse est.* Von Examine aller Kirchen-Diener, §. also ist auch, uerb. daß keiner Kirchen wieder ihren Willen ein Kirchen-Diener aufgedrungen werde. Quæ enim potest esse fiducia auditorum erga doctorem, quem inuiti audiunt, cuius admonitiones aegre ferunt? quis potest sperari fructus emendationis, si nullus sit amor erga ministrum Ecclesiæ? ubi uero amor, quando coactus populus assumere debet Pastorem? Per Concionem autem Docimasticam hac de causa Candidatus populo in suggestu sistitur, quo eum uideant et audiant, concioneque finita sententiam suam de persona, uita atque moribus eius, et, si aliud quid habeant, quod obiciant, criminis, libere proferre possint, dicta ORD. ECCL. uerb. welche ihn in der Kirchen x. Merito hinc ipsam uocationem dicta Concio et hodie præcedere debet, cum uocatione exhibita res integra esse cesset, imo uocatio plane irrita, aequè ac non legitima aestimanda erit. Vnde etiam Rescripta Regia, quæ in terris hinc hac de re emittuntur, in hisce formalibus: Ihr, der Superintendent, wollet ihm die Cangel zu N. zu Ablegung einer Prob: Predigt auf einen gewissen Sonntag eröffnen, und daferne die Eingepfarreten wieder seine Person, Lehre, Leben und Wandel nichts erhebliches einzuwenden, du, der Amtmann, ihm die Vocation zu besagtem Pfarr: Ambte in gewöhnlicher Form ausantworten, conscribi solent.

C 3

§. VIII.

§. VIII.

Candida-
tum mini-
sterii non
deceat se
ipsum ex-
hibere ad
concio-
nem doci-
masticam.

Neque uero Candidatus se ipsum ingerere, atque ad Concionem eiusmodi habendam spontaneo motu sese exhibere atque offerre, sed nominationem alterius, ad quem hoc ius spectat, expectare debet; iuxta monitum enim LEONIS et ANTHEMII A. A. in l. 31. C. de Episcop. et Cleric. tantum ab ambitu debet esse sepositus Clericus, ut quaeratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat: sola illi suffragetur necessitas excusandi. Profecto enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus. Committitur nempe Pastoribus, monente Dn. BOEHMERO in *Jure Paroch. Sect. III. c. 1. §. 28.* non cura corporum, sed animarum, non nuda aliqua rei temporalis expeditio, sed officium, quantum, est spirituale, occupatum circa thesauros uitae coelestis, et qui in his dispensandis negligens est, non homini, sed DEO, rationem de administratione mysteriorum diuinorum reddere debet. Semper graue iudicatum fuit, se ipsum regere; quanto grauius ergo erit, alios regere, et, qui sibi uix sufficiens est, quis temere se sufficientem iudicabit, in aliis dirigendis? Non certe hic agitur de glande legenda, ut loquamur cum Ictis, sed de cura tot animarum, sanguine Christi redemptarum, quas qui perdere patitur, se ipsum perdit. Ast uix ac ne uix quidem hoc hodie a Candidatis ministerii ponderari atque attendi, quotidiana prohdolor! docemur experientia. Si enim contingat, uacantem esse factam parochiam, cui nouus praeficiendus est pastor, Concursum quasi creditorum saepissime cernitur, ubi quilibet, se alteri praefendum esse, existimat. Nouae quotidie excogitantur cautelae, et modi indirecti, uacantem occupandi ecclesiam, non secus, ac si esset res pro derelicta habita, quae occupanti cedere deberet. DN. BOEHM. c. 1. §. 31.

§. IX.

§. IX.

Non equidem fateri dubitamus, nominationem eius *Nomina-*
 modi, si res ex suis fundamentis consideranda, penes totam *rio mini-*
 Ecclesiam esse debere, GROTIUS *de Imp. summ. Potest. sri Eccle-*
circa Sacra, C. 10. B. TITIVS Iur. Priu. L. IX. C. VII. §. 3. *fac pri-*
 naturaliter enim cuilibet coetui ea ueniunt permittenda, *num pe-*
 quae ad sui conseruationem finemque necessaria sunt, Pa *nes totam*
 rochia autem, quatenus adhuc retinet faciem alicuius Eccle *suit Ec-*
 siae, non, nisi collegium aequale, constituit, adeoque *clesiam.*
 cognitio de causis ecclesiasticis, ordinatio liturgiarum, et
 dispositio de aliis, quibuscunque negotiis, ad totam Eccle-
 sian, id quod omnibus collegiis priuatis commune, per-
 tinebit, unde etiam, quemadmodum *supra §. 3.* ostendi-
 mus, in primitiua Ecclesia et tempore Apostolorum penes
populum erat, eligere Presbyteros, electiones scilicet Apo-
 stolis ipsis dirigentibus, et populo per *χερροτοσιον* in ele-
 ctionem consentiente, eandem insequabatur *χερροδεσιον*,
 seu manuum impositio ab Apostolis, et ita electi ab Ecclesia
 ordinabantur, et cooptabantur sacro officio, uid. B. QVENS-
 TED. *Antiqu. Sacr. p. 131. seqq. BOEHM. Ius Eccl. Protest.*
L. I. Tit. VI. §. 3. Quae omnia ita procedebant, cum Ec-
 clesia a republica nondum approbata, et publica autoritate
 stabilita erat, collegiumque tantummodo aequale consti-
 tuebat, cuius *directores* erant *Apostoli*. Post uero, cum a *Post pau-*
 republica approbari et publica autoritate stabiliri coepit, *cis compe-*
 PRINCIPES, uirtute summi Imperii, libertati Ecclesiarum *tere coe-*
 limites posuerunt, ne, nimia libertate Ecclesiis relicta, rei- *pit ex Ec-*
 publicae noxia existat, occasionemque apprehendat, statum *clesia.*
 in iis introducere politicum. Id quod in electione mini-
 strorum Ecclesiae eo magis necessarium fuit, quo magis
 populus, libertati suae indulgens, uarios tumultus scandali
 plenos hinc inde, si quis Ecclesiae uacanti praesigendus atque
 eligendus,

eligendus, excitare coepit, quo de uid. BOEHMER. *diff. de Iniust. noc. ad Clamor. pop. §. 19. seqq.* Enimvero, cum ius eligendi Parochum, monente DN. BOEHMERO, *Iur. Paroch. Sect. III. c. 1. §. 8.* facultatem tantum Ecclesiae membris competentem denotet, minime ergo dubitandum, quin mutari, et uel uni, uel pluribus, a tota Ecclesia, ieu iis, quibus antea ius eligendi competiit, conferri possit, quemadmodum et hoc in aliis societatibus et coetibus usu uenire solet. Atque hinc hodie ius nominandi plerumque iuri *Patronatus* cohaeret, ita tamen, ut nonnunquam a iure Patronatus, saluis ceteroquin iuribus Patronatus, separatam esse, aliisque, quam Patrono, competere possit. B. HORN. *in addit. ad Schilt. Inst. Iur. Can. L. I. T. 14. §. 9.* TITIVS *Iur. Priu. L. IX. c. 4. §. 9.* Quo tamen in casu nihil aliud denotat, quam ius commendandi Patrono personam, in Parochum eligendam, cuius rei exemplum illustre in INSTRVM. PAC. *Artic. VII. in fin. §. 1.* occurrit, quo cauetur, ne *Patronus*, qui religionem mutauit, possit Ecclesiae alterius confessionis obrudere Parochum, sed potius, hoc mutationis casu, ipsis communitatibus nominare *Patrono* ecclesiarum ministros, integrum esse debeat.

§. X

Quid, si
tertio
praeter
Patronum
ius
nominandi
competat?

Causas autem, cur nonnunquam alii, quam Patrono, ius nominandi datum, relictumque fuerit, uarias adducit DN. LVDVIG. *in Dissert. de Nominatore haeretico ad Parochiam C. III. §. 3. seqq.* Quas, sicuti late iam ab eo deductae atque illustratae sunt, huc exscribere nolumus, illud tantummodo notamus, quod, si tertio praeter Patronum, ius nominandi competat, ille nonnunquam *plures*, nonnunquam etiam *unicam* tantummodo, denominare debeat. *Priori* in casu electio Patrono adhuc salua est; *posteriori* uero, et quando hoc ius tertio ita est acquisitum, ut unum

unum tantummodo nominare liceat, Patronum huic nominationi stare oportere, atque hac ratione electionem esse amissam; quamvis negandum haut sit, hoc etiam in casu, Patronum *iusta ex causa* recusare posse nominatum. Dn. LVDWIG. l. c. C. IV. §. 6. lit. n.

§. IX.

Quod si uero ius nominandi iuri Patronatus cohaereat, eo in casu ab arbitrio Patroni dependet, quem ad Concionem Docimasticam habendam denominare uelit, ita tamen, ut quoties in hisce regionibus sub Praefectura quadam munus ecclesiasticum uacans existat, non ad Praefectum, sed Senatum Ecclesiasticum spectet hocce ius denominandi, quippe qui SERENISSIMI nomine, mandare solet Superintendenti, ut ad concionem Docimasticam Candidatum, ab eo denominatum, admittat, qua peracta, si auditores non contradicant, Praefectus nomine ELECTORIS SERENISSIMI, tabulas uocationis in forma consueta Candidato exhibere debet, B. HORN. *ad Schilt. Ius Can. L. I. T. 14. §. 13.* Quamuis hoc non semper uno eodemque modo fieri soleat. Nonnunquam enim *Senatus Ecclesiasticus* Superintendenti atque Praefecto *immediate* tale quid mandat, nonnunquam autem rescriptum ad *Consistorium Ecclesiasticum inferius* emittitur, illique iniungitur, es solle die Verfügung thun, daß N. N. die Kanzel zu N. auff einen gewissen Sonntag zu Ablegung einer Prob : Predigt eröffnet, und dafern die eingepfarrten wieder seine Persohn, Lehre, Leben und Wandel, nichts erhebliches einzuwenden, durch den Creysß : Amtmann, oder den Amtmann zu N. ihm die Vocation zu besagten Pfarr : Amte, in gewöhnlicher Form ausgeantwortet werden möge, ad quod rescriptum Consistorium Superintendenti, pariter atque Praefecto iniungit, Ihr der Superintendent wollet erz-

D

melten

5
12

melten N. die Canzel zu N. auff einen gewissen Sonntag zu Ablegung einer Prob: Predigt eröffnen, und daferne die Eingefarften wieder seine Person, Lehre, Leben, und Wandel nichts erhebliches einzuwenden, Zhr der Creyß:Ambtmann ihm die Vocation zu besagten Pfarr: Ambte, in gewöhnlicher Form ausantworten, daran geschicht ob allerhöchst: gedachter Königl. Maj. und Churfürstl. Durchl. Wille und Meinung.

§. XII.

*Quid si Ecclesia mater si-
bilias sub se
habeat?* Contingit etiam interdum, ut ad Ecclesiae matrem, filiae, ceu uocantur, pertineant, quo casu, in dubio Ius Patronatus etiam ad filias se extendit, quippe quae regulariter matris filias se-
beat, sicut hoc haut raro contingit, eo in casu et huius assensus atque approbatio, sicuti ad uocandam, ita et ad personam denominandam, requiritur. B. HORN. d. l. §. 19. uerb. *se porrigit.* conf. BAYMGART. de Ecclesia Matre Cap. 5. §. 5. ubi ostendit: quid faciendum, si inter Patronos Matris, atque filiae, circa electionem atque praesentationem noui Parochi, lis fuerit exorta?

§. XIII.

*An com-
petat Pa-
trono pu-
tatiuo de-
nomina-
tio?* Subsistit etiam Patroni putatiui, atque in possessione uel quasi, huc usque constitui, denominatio. arg. c. 19. X. de Iure Patron. LANCELL. ad Instit. Iur. Can. L. I. T. 28. §. 15. Quamuis uero B. STRYCK. ad BRVNN. Ius Eccl. L. II. c. 8. §. 8. uerb. *qui bona fide in possessione*, hoc eatenus tantummodo admittere uelit, quatenus eiusmodi possessor in bona fide constitutus est, ex quo etiam concludit, quod istud, quod a malae fidei possessore susceptum, pro nullo in tantum habendum sit, ut, quam primum de eius mala fide constet, praesentatus licet ordinatus, confirmatusque atque officio

officio sacro cooptatus sit, non tantummodo eum repelli debere, sed et alius, a uero Patrono nominatus atque praesentatus, debeat admitti. Contraria tamen sententia, et quod bona fides nihil ad rem faciat, multo minus semel admissus, atque a Patrono in possessione, licet mala fide, constituto, uocatus, et postmodum confirmatus, repelli debeat, uerior nobis uideretur. Sicuti enim alias in possessorio summarissimo, uitia possessionis, et an possessor in bona, uel mala fide, constitutus sit, non attendi, sed possessor in sua possessione tamdiu defendi debeat, tum alter in possessorio ordinario aut petitorio, aliud deduxerit; *Illustr. DN. de BERG. Elect. Proc. Poss. §. 2. et 22.* Ita ne hoc in casu, et quod attinet denominationem, uocationem atque praesentationem, ad munus quoddam ecclesiasticum, contrarium quoddam praescriptum esse, legimus, potius eandem in sententiam a CONSIST. ECCLES. VITENBERG. in causa Herrn Augusti von Pfuhls Klägers an einem, contra Herrn Hans Adam Freyherrn von Enden, Beklagten andern Theils. *Mens. Jul. 1718.* sequentem in modum

Daß Klägers Principal, in Ansehung des beygebracht
ten ultimi actus darwieder die angezogene Protestation, weil
solche viele Jahre hernach geschehen, nicht zu attendiren, auch
die übrigen angeführten Umstände altioris indaginis seyn,
folglich und da sie auff die qualitatem und uir-
tium actus eingerichtet, in Possessorio summarissimo
darauff kein Abschen zu machen, bey der Possessione uel
quali, den Schulmeister zu Alt-Zessnitz und Milbenstein, nebst
Beklagten Principaln anzunehmen, und ihme eine besondere Vo-
cation auszustellen, so lange, biß derselbe in Possessorio
Ordinario, oder Petitorio, ein anders ausgeführet, billig zu
schü

schügen, pronunciatum, eandemque sententiam, non obstante Leuteratione, a *Scab. Lipsiens. Mens. Mart. 1719.* confirmatam esse, recogitamus. Accedit et hoc, quod mala Patroni fides, Candidato semel admisso, atque instituto, in suo iure quaesito, minime praeiudicare possit, nec minus res scandali plena esset, si repellendus sit ille, qui semel ad officium ecclesiasticum uocatus, atque admissus fuerit, ut hinc potius Patronus uerus necessum habeat, a Patrono putatiuo, atque in possessione constituto, denominatum, uocatum, atque institutum tamdiu tolerare, donec in futurum, noua occasio, ius suum exercendi, obueniat. conf. *RVLANDVS de VALLE. Conf. XLVII. n. 28. Vol. I. DOMINIC. CARDIN. TVSCH. Concl. Pract. DCP. n. 6. Tom. IV. L. I. ROCHVS de CVRTErr. de Iure Patron. rubr. Ius Patronatus quibus competat? Qu. XIX. n. 45.* Vbi ostendunt, quod, qui praesentatus est ab eo, qui in quasi possessione iuris praesentandi constitutus, debeat praeferrī isti, quia uero Patrono praesentatus sit.

§. XIV.

Vnicus etiam actus quiete exercitus, quem in possessione uel quasi iur. patr. constituit.

Quibus ex dictis fluit, quod, sicuti alias ad possessionem uel quasi obtinendam, unicus actus, quiete tamen exercitus, ut quis in ea manuteneatur, sufficit, uid. *LVDOV. POSTIVS* in uulgato illo tractatu, quem *de Manutentia* conscripsit, *Obs. XIIIX.* ita et hoc ad quasi possessionem iuris Patronatus non minus recte extendatur, qua quis ius denominandi Candidatum ad officium quoddam sacrum, exercet. *POSTIVS d.l. n. 16.* Quamuis enim ad acquirendam quasi possessionem eligendi, praesentandi, uocandi etc. duos actus nonnulli desiderare uelint, *ROMAN. Conf. LXX. n. 13.* et *FLORES de MENA Quaes. uariar. Quaes. 2. num. 27.* citati apud *BARBOS. in Collect. ad Cap. cum Ecclesia. 3. X. de Caus.*

Caus. Possess. et Propriet. num. 10. ipse tamen BARBOSA *d. l. cum pluribus*, quos allegat, censet, ex *unico* etiam *actu* quasi possessionem iuris eligendi, praesentandi et similibus iurium incorporeorum acquiri, conf. Dn. DE BERGER, *in Elect. Proc. Poss. §. 24.* B. HORNIUS *in addit. ad Schilteri Inst. Iur. Can. L. I. T. 14. §. 14.* uerb. *ultimum actum*, nec non in suis *Respons. Class. I. Resp. VII.* ubi non minus *praeiudicio* quodam *Facult. Iur. Vit.* rem illustrat, insimulque deducit, ius Patronatus etiam per uocationem *Substitutum* plene exerceri. Quo tamen casu id maxime, ut iam monitum, requiritur, ut actus scilicet ille nouissimus quiete, et absque contradictione aduersarii exercitus, Dn. DE BERGER, *d. l.* non minus effectum etiam suum sortitus, neque reiectus, aut cassatus fuerit. Enimvero si hoc, nullam plane consequitur possessionem. Unde, cum in causa antecedente §. adducta, ab Actoris antecessore, post ultimam ludimoderatoris Alt-Iesnicensis uocationem, a solo reo factam, parens actoris peculiarem quidem, atque separatam uocationem exhibuisse, deduceretur, atque exinde possessionem suam firmare uellet Actor, quia tamen hic actus non quiete erat exercitus, neque effectum confirmationis secutus, obtenta potius scientia rei antecessor protestationem, contra uocationem, quam actoris antecessor exhibere sustinuerat, ne effectum consequatur, et inde uocatus confirmetur, interposuerat, a *summo Prouocacionum Senatu Term. byemali 1720.* pronunciatum reperi-mus:

Daß die eingewandte Appellation in ihren Formalien beständig und zu gebührender Rechtfertigung an Uns erwachsen, derer Materialien halber erscheinet aus denen Acten, und deren Partheyen rechtlichem Einbringen allenthalben so viel, daß wohl appelliret, derwegen Appellatens Principal bey der Possess uel quasi den Schul-Meister zu Alt-Jesais und Mildenstein

nebst Beflagten Principalen anzunehmen, und ihme eine besondere Vocation auszustellen nicht zu schützen, sondern Appellant bey der Vocation des besagten Schul-Meisters so lange, bis Appellat ein anders ordentlicher weise ausgeführet, alleine zu lassen. Quam sententiam, ne quidem interposita Leuatione, correctoria quaedam est secuta, potius Term. aestiu. 1720. confirmata, uiresque rei iudicatae est consecuta, quam sententiam iam antea ad interrogationem Herrn Hannß Adam Freyhern von Ende *Ordo ICror. Hallens.* amplexus erat, responso *Mens. Febr. 1719.* dato sequentem in modum:

Ist im verwichenen Jahre der Schul-Meister zu Alt-Zesnitz und Mildenstein verstorben, und es hat darauff der Herr Baron an dessen Stelle Johann Christoph Blumen, nachdem ihn vorhero der Superintendens zu Bitterfeld, gewöhnlicher massen tentiret, er auch zu Alt-Zesnitz die Probe gesungen und gelesen, wiederum zum Schul-Meister beruffen, Als aber dieser Blome dem Consistorio zu Wittenberg zur Confirmation praesentiret worden, hat sich der auff dem Filial Mildenstein wohnende Hauptmann, August von Pfuhl darwieder gesetzt, und daß er mitzu der Vocation als Compatronus in Ansehen des Filials gezogen werden müste, praetendiret, sich auch auff actus possessorios bezogen, und ihn bey der Possession zu schützen gebeten, hat das Consistorium zu Wittenberg, nachdem beyde Theile ihre Nothdurfft ad acta gebracht am 13. Julii 1718. einen Abschied in der Sache ertheilet, und darinnen erkannt: Daß klagender Hauptmann von Pfuhl bey der Possess uel quasi den Schul-Meister zu Alt-Zesnitz und Mildenstein, nebst dem Herrn Baron als Befl. zugleich anzunehmen, und ihme eine absonderliche Vocation auszustellen, so lange zu schützen, bis der Herr Baron in Possessorio Ordinario oder Petitorio ein anders ausgeführet, durch welches

Decre-

Decretum der Herr Baron sich beschwehret zu seyn erachtet, dahero er binnen gehöriger Zeit sich des beneficii Leuterationis darwieder bedienet hat, Ob nun wohl der letzt-verstorbene Schul-Meister von dem von Pfuhl zu Mildenstein, würcklich eine absonderliche Vocation erhalten, und er also dem Ansehen nach, den letzten Actum Compossessionis vor sich hat, hienächst die von dem Herrn Baron darwieder geschehene Protestation nicht zu attendiren zu seyn scheint, weil solche viele Jahre hernach geschehen, wobey ferner angeführet wird, daß die übrigen Umstände, so der Herr Baron vor sich allegiret, altioris indaginis seyn, folglich und da sie auff die qualitatem und iurium actus eingerichtet, in Possessorio summariissimo darauff keine Absicht gemacht werden könne, Dennoch aber und diemweil 1.) der Herr Baron als Beklagter durch des letzt-hin verstorbenen Schul-Meisters Christian Bonerts Gerichtliche und eyndliche Aussage bescheiniget, daß das Haus Alt-Zeßnitz den letzten Actum possessorium vor sich habe, indem 2.) die damahligen Possessores des besagten Hauses die fünf Gebrüdere von Reppichau ihm Zeugen, die Vocation alleine ausgestellt, 3.) der damahlige Possessor des Gutes Mildenstein der General-Kriegs-Commissarius Curt von Pfuhl hiengegen sich der Vocation des Schul-Meisters nicht angemasset, die von denen von Reppichau erteilte Vocation nicht mit unterschrieben, auch als der Schul-Meister etliche Jahr darauff von dem Pfarrer Schnabeln ex odio wieder die von Reppichau auffgehezet worden, bey dem von Pfuhl gleichfalls eine Vocation zu suchen, dieser zur Antwort gegeben, daß er mit der Vocation nichts zu thun hätte, wie dieses alles aus dem, bey denen Actis befindlichem Rotulo, deutlich erhellet 4.) eben dieser Zeuge ferner ausgesaget, daß endlich der von Pfuhl auff continuirtes Verhezen des Pfarrers, Schnabels, den Schul-Meister, nachdem dieser, ohngefehr 7. Jahr bereits in officio gewes

gewesen eine angemaste Vocation ertheilet, oder wie es eigentlich heißen muß, die Possessores des Hauses Alt-Zejnits in ihrer possession illegitimo modo turbiret, haben, 5) bekandten Rechts ist, quod in possessorio summarissimo principaliter de turbatione, et secundario de possessione disceptetur

CARPZ. P. 2. C. 7. d. 15. n. 5.

RAYCHE. P. 2. Q. 6. n. 67.

et 6) quod in illo possessorio etiam unicus testis sufficiens sit.

CARPZ. d. 1. d. 16.

ex adductis 7) klahr am Tage lieget, daß der Herr Kläger seine Klage nicht in possessione uel quasi, sondern in uera turbatione gegründet, wie er denn 8) gar nichts, als die auf Verhehen des Pfarrers Schnabels endlich und fast mit Widerwillen ertheilte Vocation anführen können, da doch ohnedem 9) klahr ist, quod per instrumentum, parte altera absente confectum, possessio neutiquam probari queat,

D. BERGER. *Elect. Proc. Poss. §. 30.*

und solches allhier 10) um so vielweniger angehen kan, da auf Seiten des Hauses Alt-Zejnits so fort, als man von der praetendirten Pfuhlischen Vocation Nachricht erhalten, darwieder Gerichtl. Beschwerde geführet worden, worauf aber der von Pfuhl sich gar nicht verantwortet, sondern eo ipso sein Nicht Befugniß agnosceret, woraus 11) fließet, daß die praetendirte und zurück datirte Vocation ein actus gewesen, qui liti causam dedit, et qui non fuit quietus, quales actus ad acquirendam possessionem neutiquam sufficiunt

MEV. P. 2. Dec. 188. n. 3.

STRYCK. *de Inuest. act. Sect. 2. membr. 2. §. 8.*

sola enim uerbalis contraditio conseruat alteri possessionem, et efficit ab alio eam non acquiri

MEV.

MEU. P. 4. Dec. 97. n. 5. in not.

12) weil der von Pfuhl die angemasse Vocation dem Schul: Meister allererst nach Verlauff 7. Jahre ertheilet, per rerum naturam auch wohl nicht möglich gewesen ist, daß der Possessor des Hauses Alt: Zehnis vor solchen Jahren protestiren können, oder zu protestiren verbunden gewesen, und also ex hoc capite aniego wieder den Herrn Baron gar nichts cum effectu angeführet werden mag, 13) aus denen vorhin deducirten Gründen evident ist, daß der Herr Baron ultimum actum possessionis uel quasi bescheiniget hat, und dahero des Klägers replica altioris indaginis bleibt, immassen, wenn ia 14) die gar sonderbahre gerühmte Vocation einigen effect haben könnte, democh selbige sofort durch die eydliche deposition des producirten und abgehörten Zeugen, und also durch die Gegen: Bescheinigung gänglich eneruiret worden, überdem endlich 15) licet omnia paria essent, democh in dubio pro Reo per iura uulgata gesprochen werden muß, So erscheinet daraus allenthalben so viel, daß der Herr Baron bey der eingewandten Feuterung sich einer sententiae reformatoriae denen Rechten nach gar wohl zu getrosfen habe.

Pari modo si fortasse cum *clausula*, sine praeiudicio alterius nominatio atque uocatio admissa fuerit, ex illo actu ius quasi possessionis minime acquiritur, sicuti hoc POSITVS supra allegatus, et cum eo B. STRYCK. ad BRVNN. Ius Eccl. L. II. C. 8. uerb. *etiam unico actu acquiritur*, pluribus deducunt.

§. XV.

Sicuti uero Ius Patronatus sine discrimine *sexus* ab Ius Patronatus omnibus acquiri, atque exerceri potest, c. ult. X. de Con-natus sine cess. Praeb. c. 7. X. de Iure Patron. FINCKELTH. de Iure discrimi-Patron. Cap. IV. n. 1. seqq. ita dubitandum haut est, quin ne *sexus*

E

et atque

actatis ab
omnibus
acquiri,
ac exerceri
posse,
sum limi-
tatione
accipien-
dum.

et femina ius nominandi rite exercere possit, modo iis in locis, ubi cura sexus obtinet, *Curatoris consensum* adhibeat. Id quod etiam de impuberibus atque minorennibus asserendum est: quamvis enim quam plurimi sint, qui satagunt, nec foeminas, nec minorenes atque impuberes, modo hi annum septimum exceſſerint, in exercendo iure Patronatus, tutoris, uel curatoris autoritate atque consensu opus habere, B. NAEVIUS *in Iure Cleric. Cap. V. §. 27.* VVEISIVS *in Difſert. inaug. Halae 1712. habita, de bis, quae mulier Saxon. ualide citra Curat. agit. tb. 8.* in tantum, ut pupillorum atque minorennium praesentatio, si ab illis digni atque idonei praesentati fuerint, tutorum atque curatorum praesentatis debeat praeferrī. PAVLVS de CITABINIS *tr. de Iur. Patron. P. VI. art. 3. n. 71.* NIC. GARCIA *tr. de Beneficiis P. V. c. 9. n. 186.* ROCHVS de CVRTE *diſt. rubr. Ius Patronatus quibus competat? n. 13.* Merito tamen hanc sententiam, cum nullo textu iuris corroborari possit, et in meris figmentis consistat, ob generalitatem tum textus *Land. R. L. I. Art. 44. 45. et 46. ibique* GLOSS. tum *CONSTIT. Elect. XV. P. 2.* reiiciendam esse, iudicamus, illudque eo magis, quo magis arduum, et graue negotium sit, constitutio ministrorum Ecclesiae, ut facile appareat, quanta deliberatione atque praecautio, ne eiusmodi Pastor, qui magis obest, quam prodest Ecclesiae, eligatur atque uocetur, opus sit, ita ut recte Io. GERHARD. *in Loc. de Ministr. Eccl. Sect. VI. §. 125. in pr.* de eo iudicet: quod, quo augustius istud sit, eo maiori cura atque prudentia tractari debeat. Quod si uero femina, cui ius Patronatus intuitu fundi cuiusdam competit, sit *uxorata*, non *huic*, sed *marito*, iuris huius exercitium attribuendum esse putamus; maritus enim, sicuti in rebus dotalibus dominium obtinet *l. 75. ff. de Iur. dor. l. 9. C. de Rei Vindic.* ita in reliquis bonis paraphernalibus, quamuis

uis non Iure Ciuili, l. 9. §. fin. ff. de Iure dot. bene tamen Iure Saxonico, CARPZ. P. 4. C. 21. d. 1. conf. BRUNN. ad d. l. 9. n. 11. in fin. ubi ostendit, hoc etiam extra Saxoniam hodie receptum esse; ususfructus iure gaudet, inter quos fructus etiam iuris Patronatus exercitium refert GLOSS. in Cap. cum Bertholdus 19. X. de Sentent. et re iudic. ZOESIVS ad Decret. tit. de Iur. Patron. n. 36. in tantum, ut Candidatus a marito nominatus, illi, qui ab uxore denominatus sit, merito praeferri debeat. PAUL LAYMANN. Theol. Mor. L. IV. tr. 2. C. 13. n. 18. 19. fol. m. 579.

§. XVI.

Ex his etiam fluit, quod idem statuendum sit, de omnibus reliquis usufructuariis intuitu fundi usufructui subiecti, B. BRUNN. Ius Eccl. L. u. c. 8. §. 15. ibique STRYCK. in not. B. HORN. ad Schilt, L. I. tit. 14. §. 15. uerb. emtionis. in fin. in tantum, ut et uidae ratione fundi, in quo dotulitium illi constitutum est, hocce ius, nisi speciatim exceptum sit, relictum censeatur. Dn. BOEHMER. in addit. ad SCHILT. Inst. Iur. Can. L. I. tit. 28. §. 1. Neque denegandum est hocce ius Conductori praedii, cui ius Patronatus cohaeret, c. 7. et 16. X. de Iure Patronatus. CARPZ. P. 2. Const. 37. d. 27. BERL. P. 2. Dec. 166. n. 12. seqq. B. HORN. d. l. et ita quidem, ut cum ROCHIO de CVRTE tr. de Iure Patronatus. Qu. 26. n. 57. seqq. DIDAC. SPINO a CARCERES in Specul. testam. Princ. 4. n. 19. IO. de ANANIA tr. de Iure Patron. P. IX. qu. 4. n. 14. pluribusque aliis, utrum scilicet conductio ad longum, decem nimirum aut uiginti annorum, an ad breue tempus facta sit, ita ut eo, non hoc in casu, ius Patronatus a conductore exerceri possit, distinguere uelle, nobis non opus uideatur. Enimuero quanquam in supra alleg. c. 7. X. de Iure Patronatus iunct. l. 1. §. 3. ff. de Superfic. fundam.

fundamentum suae sententiae ponere suscipiant; interim tamen *ad firmam concedere*, nihil aliud ibidem denotat, quam sub certa et firma pensione locare, ita ut ista conductio iuxta naturam simplicis conductiois, neutiquam tero secundum alienationis indolem, sit metienda. *arg. c. 2. X. de Locat. uid. Dn. MENCKEN. Gymnas. Polem. Disp. XXIX. et Select. Controv. Jur. Can. Disp. II. §. 9. STRVV. Dec. Sabb. Cap. IX. Dec. 7. et 22.* Concedimus tamen lubentissime, quod aliud sit dicendum, si locator sibi in specie ius Patronatus reseruauerit, *CARPZ. d. l.*

§. XVII.

Creditori tamen non competit, nec etiam Sequestro. Minime uero ius Patronatus creditor intuitu fundi oppignorati, cui alias cohaeret, exercere poterit. Nihil aliud enim per oppignorationem fundi ad eum peruenisse censetur, ac per quod suum consequi potest; quibus uero ius Patronatus haut erit annumerandum, quandoquidem fundi oppignorati possessio eatenus in Creditorem est translata, quatenus ad uim atque effectum pignoris aliquid facit, in reliquo autem possidet debitor per Creditorem, accedit et hoc, quod creditor teneatur omnes seruare fructus domino, eique restituere, uel in sortem computare, fructus autem huiusmodi non possunt restitui, quia factum infectum neque reddi, neque praesentatio retractari potest, imo citra crimen Simoniae hos fructus in sortem computare nequit. *ZOESIVS ad Decret. tit. de Iure Patron. n. 38. B. STRYCK. ad BRVNN. Ius Eccl. L. II. c. 8. §. 16. uerb. an uero Creditores, ubi etiam praeiudicio Facult. Iurid. Francof. rem illustrat, id quod tamen B. HORN. c. I. restringit, si sub pacto anticbretico, non excepto iure Patronatus, fundus pignori datus fuerit. Sicuti uero Creditoribus, hanc obligationem regulariter ius Patronatus in fundo oppignorato dene-*

denegandum; ita hoc ad *Sequestrum* eo minus extendendum uenit, quemadmodum hoc Dn. BEYER. *in addit. ad CARPZ. Jurispr. Eccles. L. 1. d. 44.* praeiudicio quodam *Supremi Consistorii Dresdens.* corroborat.

§. XVIII.

Fundi equidem possessori, qui si uel *haereticus*, aut *heterodoxus* factus, non comperere ius patronatus in Ecclesiam orthodoxam, imo plane denegare uolunt Canonistae, *VIVIANVS de Iure Patron. L. XV. c. 2. n. 16.* VALLENSIS *de tit. Decret. de Iur. Patron. §. 7.* ANT. FABER. *de religione regenda L. III. c. 10.* VWEBER *de Iure Patron. pag. 21.* et plures dum insalii, quia scilicet Pontificio iure bona is amittit, qui haereticus factus, eorumque doctrinam amplectitur *c. 10. X. de Haeret.* Quodsi ergo in ciuilibus ipsi nihil remaneat, multo minus Parochi nominationem, ceu rem in sensu iuris Canonici *arg. c. 3. X. de iudic.* spiritualem, comperere possent, cui accedere putant, quod sub hac conditione, si non expressa, tacita tamen, ius Patronatus concessum, ut Patronus eandem fidem, quam Ecclesia, profiteatur, B. HORN. *d. l. §. 14. uerb. fundatori.* Fatemur quidem, multa uariaque incommoda ex nominatione et praesentatione ab haeretico, uel aliquo heterodoxo facta, Ecclesiae exoriri posse, conf. Dn. LVDWIG. *Diff. de nominatore haeretico ad Parochiam Cap. III. §. 12. lit. f.* adeo, ut quam maxime nobis arideat consilium ab ipso §. 12. suppeditatum, scilicet iurisperudentiae Legislatoriae conueniens esse, ut euangelici Patroni nominationes Parochorum Catholicorum relinquunt membris Ecclesiae catholicae, ceu a Pontificiis praedicatur, addictis, idemque faciant Patroni catholicae fidei innutriti, parochiis euangelicis, certe multis forte dissidiis, quae huc dum hinc inde sufflaminata audiuntur, obuiam irretur.

Enimvero quanquam per *Pacem religiosam* et *Westphalicam*, pax et concordia inter religionis dissidentes restaurata uideatur, ita, ut religio catholica atque Evangelicorum, et inter hos Reformatorum quoque in Romano Imperio tolleretur, neque illi inter se amplius pro haereticis sint habendi, neque ius Patronatus propter mutationem religionis amplius amittatur, et hoc ipsum in *Recess. Imp. de 1555. §. 21. et Instrumento Pac. Osnabrug. Art. V. §. 31.* cautum legatur; interim tamen, monente iterum B. HORNIO *l.c.* haec res non fraudi debet esse Ecclesiae patronatae, nec eo trahi, ut Patronus ministrum alterius religionis eidem obrudat, qui alia plane docet, quam quae credit et profitetur iste sanctorum coetus, cui talis praeposendus. Nam, si hoc fieret, Ecclesia illa iure et libertate sua, qua *in pacis religiosae et Westphalicae* gaudet, per indirectum priuaretur, quin et Patronus ius reformandi et dominandi hominum conscientis sibi arrogaret, quod tamen illi nullo iure competit, et cum legibus fundamentalibus Imperii directo pugnat, *uid. Art. V. §. 43. I. P. O. FABER. d. l. ibique FRITSCHIYS, BRUNN. Ius Eccles. L. II. T. 18. §. 19. SCHVZ. Exercit. V. §. 16. lit. d. p. 338.* Atque hinc eandem ob causam in *Art. VII. Instr. Pac.* satis perspicue cautum, ne Patronus Lutheranus praesentet Ecclesiae Reformatae, Lutheranae uel potius Evangelicae fidei adscriptum, neque uice uersa *§. 1. d. Art.* Nolunt quidem Romano-Catholici, quoties inter illos atque euangelicos haec quaestio uertitur, decisionem ex hoc *Art.* aduersus se admittere, *uid. Dn. L. VDVVIG. l. c. lit. c.* recte tamen iterum iudicat B. HORN, quod idem de Catholicis et Evangelicis inter se statuendum sit, non tantum, quod eadem hic subit ratio, quae in *Art. VII.* deprehenditur, uerum etiam, quod in *Art. V. §. 26.* collatio ex iure deuoluto si fiat, in eiusdem religionis personas, cuius decedentes fuerunt, fieri

fieri debeat, item, quod in mixtis Episcopatibus exercitio religionis anno 1624. recepto, per electionem uel praesentationem praecudicium fieri non possit, §. 23. d. *Art. V.* Nec minoris ponderis argumentum exinde peti potest, quod nec ipse Caesar in mixtis Episcopatibus, uel aliis collegiis et fundationibus immediatis, ut et mediatis, precibus primariis gaudeat, si non eiusdem religionis, praesentet praesentam, cui ille addictus fuit, qui uacans beneficium possedit. *Art. V. Instr. Pac. §. 18. et 26.* Ex quo etiam laudatus Autor idem dicendum iudicat de illis, qui ius nominandi tantum habent.

§. XIX.

Contingere etiam nonnunquam solet, ut ius Patronatus pluribus sit commune: quo in casu omnium, aut si conuenire nequeant, id quod propter naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem, iuxta l. 7. §. 6. ff. de *Recept. et qui arbit. rec.* facile euenire potest, maioris partis consensus requiritur. c. 3. X. de *Iure Patron.* Variant tamen *Dd.* quomodo haec uotorum pluralitas sit aestimanda. *Alii* enim maiorem partem istam dicunt, quae in comparatione partis minoris u. g. si sint sex Patroni, et a tribus Titius, a duobus Meuius, et ab uno Sempronius, denominatus fuerit, quo casu Titium pluralitate uotorum praeualere contendunt, *PANORM.* in cap. 3. X. de *Iure Patron.* n. 13. *Alii* autem maiorem partem illam uocant, quae talis est respectu omnium simpliciter, ubi, quo Titius praeualeat, necesse est, ut in casu allato quatuor ad minimum in eum dirigantur suffragia, *Io. de LIGNANO* in *Cap. plures* 2. X. de *Iure Patronat.* Ad hanc itaque differentiam tollendam *ZIEGLERVS* ad *Lancell. L. I. T. 28. §. 8.* distinguendum esse iudicat, utrum ius Patronatus pluribus ut *singulis*, an ut *uniuersis* seu collegialiter

Quid, si plures concurrant Patroni, in- uoluitur.

com-

competat? eo in casu monet, pluritatem considerandam esse respectu minoris partis, hoc autem, respectu totius, ita, ut etiam primo in casu necesse non sit, ut omnes simul conueniant in eodem loco ad electionem, sed sufficiat, si suffragia seorsim ferant, cum e contrario in posteriori casu congregatio in eodem loco necessaria omnino sit. Quamuis uero istam distinctionem in se consideratam, analogiae iuris admodum conuenientem iudicamus, applicationem tamen, saluo aliorum meliori iudicio, hac de causa approbare uix ac ne uix quidem possumus, quod in re *communi*, quatenus illa pluribus, ceu singulis communis est, melior sit causa dissentientis atque prohibentis *l. 28. ff. comm. diuid.* et quod omnes tangit, ab omnibus etiam debeat comprobari, *l. fin. C. de auctorit. praest.* Minime itaque uotorum pluralitas sufficiet, sed omnium desiderabitur consensus, *l. 11. ff. de Seru. Praed. Rust.* VINCENT de FRANCHIS *Dec. II. n. 3. seqq.* Dn. VVILDVOGEL. *de Voto informatiuo §. 16.* atque id est, quod ad exercitium Iuris Patronatus pluribus, ceu singulis competens, eo magis extendendum esse uidetur, quo magis nulla diuersitatis ratio adest, lege potius pariter atque usu praescriptum, atque receptum scimus, ut, si compatroni inter se de certo subiecto conuenire nequeant, princeps per Consistorium, ne Ecclesia Pastore uiduata diutius destitui eo patiatur, praeuia tamen admonitione, pro hac uice munus conferre solet illi, quem dignum iudicat, CARPZ. *L. I. def. 15.* ibique Dn. BEYER. *in addit. ad n. 9.* conf. B. HORN. *L. I. T. 14. §. 16.* uerb. *eligant.* saluo tamen quocunque iure Patronis alias competente. ORD. ECCL. SAX. *rubr. Von Veruff und Annehmung derer Kirch: Diener §. wenn aber der Lehn: Herr.* Illustr. Dn. de BERGER. *P. I. Resp. 135.* Quod si uero pluribus ut uniuersis, seu collegialiter ius Patronatus competat, per pluralitatem uotoq.

votorum rem expediendam esse, concedimus quidem; ita tamen, ut nec hic maiora uota intuitu totius Collegii desiderentur, sed hoc sufficiat, modo reliqui Candidati pauciora pro se obtinuerint. Interim hoc casu maxime requiritur, ut omnia membra, quae ius suffragii habent, ad illum actum, de quo deliberatio instituenda, ac decretum secundum uota maiora faciendum est, legitime citentur; alias enim maioris praesentium partis conclusum absentes non uocatas obligare nequit *l. 2. C. de decur.* ibique BRVNN. MEV. P. IV. Dec. 201. debent etiam ad minimum *duae tertiae* praesentes adesse, atque suffragia sua ferre *l. 2. et 3. ff. de Decret. ab Ord. fac.* Qui itaque tunc maiora pro se habet uota, is rite electus censeri debet, GONZALEZ TELLEZ ad Cap. 3. X. de Iure Patron. n. 2. BRVNN. Iur. Eccl. L. II. C. VIII. §. 18.

§. XX.

Longius adhuc alii procedunt, atque non ad maiorem *Illorum* tantum, sed etiam ad sanio-rem partem respiciendum esse, *sententia*, contendunt, cum non semper sit illa maior pars, quae solo *qui partem sanio-* numero uincit, sed potius autoritas, meritum ac dignitas, *tem sanio-* sanioris quoque iudicii trutina sit perpendenda, ut si ab al- *tem pro-* tera parte, quae numero inferior est, dentur, qui prae al- *maiori a-* tera, fulgent honoris ac dignitatis splendore, aut maioribus *gnoscunt,* beneficiis ac ditioribus muneribus Ecclesiam sibi reddide- *reiciitur.* runt obstrictam *c. 55. et 57. X. de Elect. c. in praesentia. X. de Testam. arg. l. 8. ff. de pact. et l. 8. C. qui bon. ced. poss.* imo et adhuc alii duo haec coniunctim et partem maiorem et sanio-rem simul requiri *c. 3. X. de Iure Patron. uid. Dd. in c. 1. et ult. X. de his quae sunt a maiore parte.* quorum sententiam quodammodo etiam defendit BRVNNEM. de Iur. Eccl. L. II. c. VIII. §. 18. et cum eo NAEVIUS in Iur. Cleric. c. V. §. 28. asserere haut dubitat. Sicuti uero doctri-

F

na

na de maiori et saniori parte, originem debere uidetur principiis *Scholasticorum*, secundum quae *uerosimile* definitur, quod ita uidetur pluribus et quidem sapientioribus; Ita recte hoc Dn. THOMASIO *ad Lancell. L. I. T. VI. §. 10.* contraditionem inuoluere uidetur. Cum enim sapientiores sint *pau-*
cissimi, id quod *uerosimile* uidetur pluribus, non aequè uidebitur sapientioribus, si sapientioribus, ergo non pluribus. Insuper etiam res altioris plerumque est indaginis, multaque difficultates post se trahit. Inde recte in CONCILIO TRIDENTINO *Seff. 25. de Regal. c. VI.* decretum est, non amplius inquirendum esse, quatenam suffragiorum pars sit sanior, sed tantummodo, quae maior, modo uota ipsa sint legitima et persona electa haut indigna. Atque hanc ob causam et hodie numerum maiorem simpliciter uincere, nullus dubito. ZIEGLER. atque THOMASIVS *ad Lancell. L. I. T. VI. §. 12.*

§. XVI.

Vota si
ria sint,
quid tum
iuris su?

Vota uero si sint paria, et Patroni plane inter se conuenire nequeant, an fors locum inueniat, merito disquiritur? BALDVINVS *in Cas. Cons. L. IV. c. V. Cas. 6. et cum eo CARPZ. L. I. d. 45. n. 7.* hoc quidem affirmant, eorumque sententiae *Martbaei* exemplum, quod in sacris literis *Art. I.* habetur, assistere uidetur, pluribus etiam a Dn. LYDVVIG. *in Diff. de Sorte suffragatoria eccles. Bom Priester Loos. Hal. 1714. habita*, deducitur, quod fors absque superstitione nihil illiciti in se contineat, praeprimis si Candidati sint digni, et ita pares, ut uix inter istos meritum discrimen appareat, improbat tamen in *c. 3. X. de Sortileg.* nec non BRUNNEM. *L. II. C. 18. §. 55. et 56.* LYNCK. *ad Decret. L. V. Tit. 21. de sortileg. §. 5.* et non minus *Protosynedrio Elect. Sax.* displicuisse Dn. BEYERVS *in addit. ad Carpz. L. I. d.*

5
12

45. n. 7. praedictio quodam, ubi, cum electio Diaconi a Senatu Mirweidenſi 1710. per sortem eſſet facta, et hic ad Ordinationem et confirmationem praesentaretur, eum non admissum fuisse, sed Senatum aliam electionem instituere debuisse, confirmat. Has ad euitandas difficultates solent nonnunquam Patroni *alternare*, ita ut hac uice hic, alter alia uice ius Patronatus et isti annexa iura exercent, *Clement. ult. de Iur. Patronat.* id quod uocare solet *per Turnum praesentare*, item *praesentatio Turni* ZIEGL. *ad Lancell. L. I. T. 28. §. 12.* Quamuis *turni* appellatio alias in alio plane sensu sumi soleat, de quo uid. CAROL. DV FRESNE *in Gloss. med. et infim. latin. uoce Turnus.* Quodsi igitur hoc in casu unus ex compatronis actum iuris patronatus exercent, reliquis nihilofecius ius suum futuris demum actibus exercendum, integrum et saluum manet, ceu notat ex Zieglero Dn. THOMASIVS *ad Lancell. L. I. Tit. 28. §. 12. n. 559.*

§. XXII.

Id uero est maxime, de quo solliciti debent esse Patroni, *ut dignus* ut dignum, et ad officium sacrum obeundum idoneum eligatur, nominent eligantque. ZIEGLER, *de Episc. L. II. c. 4. §. 2. curae esse* *seqq. Rari enim sunt*, monente et conquirente B. GEIERO *debet Patrono* *in Homil. super Euangel. Dom. V. post Trinit. p. 444. pi-* *scatores animarum, qui summo studio id agunt, ut animas capiant, atque ad Christum ducant, cum potius magna sit copia eorum, qui pecunias piscantur.* Sunt omnino perquam rari, qui monitum D. Petri. i. Ep. V. sequi, curam habent, operamque dant praebere typum atque exemplum gregi. Et quamuis D. BERNHARD VVAGNER, *in Diss. de Ministerio malorum in Ecclesia.* pluribus deducat atque ex sacris literis atque Confess. August. Art. 8. probet: pastorem etiam impium et uerbum DEI rite docere, atque sacramenta ad-



ministrare posse. Negandum tamen haut est, impium Pastorem plerumque plus destruere, quam aedificare. Agnouerunt hoc, referente Dn. BOEHMERO in *Iure Eccles. L. 1. T. 14. §. 4.* ipsi TRIDENTINI *Sess. XXIII. de Reformat. Cap. 1. docentes: Nihil esse, quod magis ad pietatem et DEI cultum assidue instruat, quam Superiorum uitam et exemplum, eius rationem elegantem suppeditat* HIERONYMVS relatus in *Cap. fin. D. 25.* *Quomodo enim, inquit, potest Praeses Ecclesiae auferre malum de medio eius, qui in delicto simili corruerit? aut qua libertate peccatum corripere potest, cum tacite sibi ipsi respondeat, eadem admisisse, quae corripit.* Proinde qui docent, non tam sanos mores, quam sanam doctrinam requiri in ministro Ecclesiae magnopere falluntur, cum utrumque potius coniungi debeat; *si enim bene docueris et male uixeris, tui solius condemnator eris. Nam bene uiuendo et bene docendo populum instruis, quomodo debeat uiuere: bene autem docendo et male uiuendo, DEVM instruis, quomodo te debeat condemnare, inquit CHRYSOSTOMVS relatus in cap. fin. D. 40.* Primarium sane eorum officium consistit in adhortando, monendo et corripiendo; nemo autem recte monitoris officium suscipit, nisi qui actibus suis errata condemnat et amorem innocentiae conuersatione demonstrat sunt uerba SYMMACHI in *cap. 2. D. 81.* Proinde non alios ordinandos esse, censebant PATRES LAODICENI, nisi qui plurimo tempore probantur tum uerbo fidei, quam recte conuersationis exemplo *c. 4. D. 24.* Quod idem confirmat HORMISTA in *c. 2. D. 61. aiens: longa decet uitam suam probatione monstrare, cui gubernacula committuntur Ecclesiae.* Atque id ipsum est, quod Paulus *1. Tim. III. nec non ad Tit. I. 9.* et alibi monet, atque a uerbi ministro requirit. *conf. Gerb. Loc. de Minist. Eccl. p. 275.* Quem Pauli sensum decreto expressum legimus, in Conc.

Cartha-

Carthag. IV. Can. I. Qui Episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, si docilis, si moribus temperatus, si uita castus, si sobrius, si peruigil, si semper suis negotiis cauens, si humilis, si effabilis, quae ad mores uitaeque probitatem, si literatus, si in lege domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus Ecclesiasticis exercitatus, et ante omnia, si fidei documenta uerbis simplicibus asserat, quae recte ad doctrinam fideique confessionem spectant, conf. QVENSTED, Antiqu. Bibl. et Eccl. p. 136. et supra §. 4. uid. CONST. ELECT. SAXON. p. 89. de Exam. Ordin.

§. XXIII.

Iudicat quidem Pontifex INNOCENTIVS III. in C. un. Candida-
X. de Scrutin. in ord. fac. quod dignus sit praesumendus, qui non probetur indignus. Cuius iudicium tamen, ne ullum quidem meretur applausum; licet enim eiusmodi praesumptio de bonitate naturali atque intrinseca, cum qua homo nascitur, et quod sit u. g. castus, pacificus, sobrius etc. procedat, minime tamen ad bonitatem atque idoneitatem accidentalem et extrinsecus aduenientem, quo pertinet eruditio, donum docendi, et sic porro, quadrat, unde etiam Dn. THOMASIVS ad Lancell. L. I. T. 7. §. 7. num. 104. cum B. TITIO bene sentit, ualere eam praesumptionem in carentia uirtutum, siue intellectus, siue uoluntatis, non in positione uirtutum siue intellectualium siue moralium, quales requiruntur in eo, qui dignus praedicatur ad munus ecclesiasticum obeundum. Vnde non minus male agitur res, si statim ii nominentur, qui de facie, habitu, facundiaque protinus ac breui innotescunt, aut ab aliis, praesertim iis, qui qualitates debitas haut intelligunt, commendantur. Certe qui secum animo reputant grauitatem huius pastor-

lis curae, non possunt non ingenuè confiteri, non quosuis huic muneri sufficere, sed illos demum, qui et satis probati sunt in fide, atque doctrina, et praeterea tanta sunt praediti innocentia, ut exemplum gregis esse possint, quod intueantur, et ad imitandum propositum babeant, sunt uerba Dn. BOEHMERI in *Jur. Paroch. Sect. III. C. 1. §. 27.* Vnde etiam olim Patroni in designatione aut nominatione Candidati maluerunt peritiorum, inque studio rerum diuinarum uerissimorum Theologorum expetere iudicia, quam proprium sequi, atque illis ideo curam nominandi relinquere et demandare. conf. Dn. LUDWIG. de *Nominatore Haeretico ad Parochiam Cap. III. §. 3.* ubi *lit. r.* refert: Halberstadii in quolocis aliis alius uicinia, plerosque Ecclesiarum Patronos id dedisse Episcopo siue Superintendenti, ut commendaret Candidatos parochiis, iudicio eius atque autoritate Patroni postea inaugurandos, quo et pertinet diploma FRIDERICI Thuringiae Landgrauii, Marchionis Misniae, Saxoniaeque Comitis Palatini, quod exhibet CHRIST. FRANCISC. PAULINI *Anal. Isenacens.* p. 112. quo anno 1443. ius Patronatus duarum Ecclesiarum Sattelstettensis et Hoerselgauiensis, coenobio Senacensi B. Virginis donauit.

§. XXIV.

Quis dignior iudicari debet ad ministerium sacrum? et si pares, quid obseruandum ueniat?

Immo nec sufficit dignum eligere, si aliquis dignior adsit, in tantum ut referente *Didaco SPINO de Carceres Gloss. 18. n. 12.* ex mente PII V. Pontificis collatio beneficii digno facta, praetermissio digniore, retrahi possit per appellationem ad superiorem; Quamuis et hic caute procedendum sit. Monente enim B. ZIEGLERO de *Episc. L. II. C. 4. §. 6.* digniorem non simpliciter dici illum, qui doctior sit, uel sanctior, sed eum, qui iuxta munus et rem, cui praeficiendus est, eius ministerio aptior apparet, si quidem

quam;

quandoque eum, qui sanctus uir, uirtuosus et bonus, ac praeterea diligentior sit, praefendum esse uiro sanctiori, qui non sit ita diligens, eaque ratione ita aptus, sicuti prior, administratione eius muneris, quam ipsi est suscipiendum recte existimatur. Idemque obseruandum esse monet circa doctrinam et eruditionem. Nam frequentissime doctiorem non ita conuenire muneri publico, sicuti alterum, qui doctus est, ac doctrinam cum prudentia coniunctam habet sufficientem ad munus, quod ei confertur. Quod si uero duo Candidati aequae apti atque ad munus suscipiendum idonei adsint, ita ut meritum discrimen non appareat, ab arbitrio quidem Patroni uel eius, ad quem facultes nominandi atque eligendi pertinet, dependet, quem alteri praeferre uelit. uid. Ord. Eccles. rubr. Vom Beruff und Annehmung derer Kirchen Diener §. Zum vierden. Ord. Poliz. Prou. rubr. Von Confistorial Sachen n. 2. seqq. CARPZ. L. I. D. 14. nisi aut pacto, CARPZ. d. l. aut lege quadam prouinciali, ad indigenas uel stipendiarios sint adstricti, conf. Arr. gen. 1. §. wollen wir hiermit x. Decret. Synod. §. gleichwie wir x. Dn. BEYER. in addit. ad Carpz. L. I. d. 25. num. 5. ubi ostendit, quod hoc intelligendum sit non modo de illis Parochiis, quae Electorales sunt, et uocari solent Churfürstliche Pfarr-Lehn, sed et de iis, quarum collatio nobilibus et aliis competit, quo beneficio etiam gaudent Pastores castrenses, die Feld-Prediger, quippe qui iuxta mandatum Potentissimi Regis Poloniarum et Electoris Saxoniae d. 8. Ian. 1712. quod laudatus Dn. BEYER l. c. integris uerbis exhibet, peracto in castris triennio prae aliis ad officia ecclesiastica in hisce terris promoueri debent. Quo si denique diuersi Patroni, quibus ius Patronatus simul competit, Candidatos aequae dignos habeant, nec sibi cedere uelint, aut a superiore quis dignior sit inquiritur, aut tertius eligendus est, quam in sen-

sententiam pronunciarunt *Scab. Viremb. ad Consult. Consistorii Franckenbaufensis in causa H. G. von Neusebach contra A. G. von Ebra Mens. May. 1692.* Daß vor allen Dingen von dem Consistorio eine genaue Untersuchung vorzunehmen, ob einer von denen beyden Praesentatis pro digniori vor den andern in Besetzung der uacirenden Pfarr-Stelle geachtet werden könne, auff welchen Fall derselbe vor den andern zu confirmiren, im Fall aber unter denen Persohnen ein merklicher Unterscheid nicht zu befinden, sind Ihro Gnaden einen tertiam, jedoch mit der Erklärung, daß es denen Patronen ins künfftige an ihrer Befugniß unschädlich seyn solle, in die uacirende Pfarr einzusetzen wohl befugt.

§. XXV.

Qualitates, quae requiruntur a Candidato ministerii?

Qualitates autem eiusmodi Candidati denominandi D. IO. IVST. KISKER. in *Diff. de Candidatis S. Ministerii Eccles.* ex singulis literis uocabuli CANDIDATUS, ita depingit, scilicet ut sit,

Conscientiosus in uocatione.

Annosus nicht zu iung,

Neophytismum exosus,

Doctus in Philosophia, Philologia, et Theologia,

Integer uitae scelerisque purus,

Docilis, et ad docendum aptus,

Auarus ad lucrandas DEO animas,

Timidus erga DEVM, et Tumidus erga Diabolum,

Urralitatatis odiosus,

Simplicitatis studiosus,

PAVLVS 1. *Timoth. III. 2. seqq.* has qualitates ita recenset: *Oportet, inquit, episcopam irreprehensibilem esse, unius uxoris uirum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem,*

ad

ad docendum aptum, non uiolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, sed suae domi bene proposuim, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suae praeesse nescit, quomodo Ecclesiae DEI diligentiam habebit? non neophytum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat Diaboli. Quas qualitates in omni Ministro Ecclesiae ualde esse necessarias, longa ferie ex patrum dictis illustrat BARBOSA de Officio et Potest. Episc. P. I. T. 2. Claudius ESPENCEVS L. II. digress. ZIEGLER. de Episcopis. Ob hanc necessitatem etiam PAVLVS has qualitates saepe repetit, et suo Timotheo ac Tito inculcat in literis, cum ad Thimotheum, tum ad Titum exaratis. uid. Dn. BOEHMER. in Iure Paroch. Sect. III. c. 1. §. 48. seqq. ubi latius has qualitates exponit.

§. XXVI.

Desiderant etiam haut pauci legitimam natiuitatem, An non le- non modo propter maculam, qua notantur ex illegitimo gitime na- coitu nati, CARPZ. P. 3. C. 10. d. 10. BRUNNEM. ad l. 27. C. de tis et spu- inoffic. testam. n. 2. sed etiam ne, cum memoria paterni sce- ritis man- Plerumque enim Parentum, aut uirtutes, aut scelera imi- dari pos- tantur filii, et ex sanguine impuro, impuros et DEO iuxta sit cura animarum? et hominibus, odio habendos, nasci, per quam saepe con- tingit. Hinc etiam in Veteri Testamento spurius usque ad decimum gradum a sacris excludebatur, Deut. XXIII. 2. conf. ad b. I. MEYER. Mus. Ministr. Eccl. p. 93. seq. ubi uocabulum spurii indagat. Hinc cum nec hodie ad futrinam admitti soleat spurius, multo minus ad suggestum eum admittendum esse, iudicat, B. DANNHAYERSVS Theol. Consc. P. 2. Dial. 3. Sect. IV. qu. 3. ad quam prouocant B. STRYCK. in not. ad Brun. Ius Eccles. L. I. c. 5. §. 12. n. 22. Dn. THO-

G

MASIUS

MASIVS ad Lancell. L. I. T. 7. §. 9. n. iii. et THOLOSANVS Rep. L. VII. c. 8. p. 252. b. Non potest haberi sanctitatis discretio in Ecclesia, ubi loquitur turpitudinis perpetuum exemplum, et in spurio concionante impudicitiae patris perpetua et continuata memoria, scribit. Monet tamen Dn. BOEHMER in Iur. Eccl. L. I. T. XVII. §. 1. quod hunc defectum ignoraverit pristina Ecclesia, quia Patres censebant, iniquum esse, si ob incontinentiam patrum liberi punirentur per exclusionem ab officiis Ecclesiasticis, probat hoc GRATIANVS non solum c. 5. et 8. d. 56. sed et c. 2. d. 56. catalogum recenset, qui ex clericis, illegitime nati, nihilsecius tamen non ad officia tantum ecclesiastica, sed et ad summum Pontificatus culmen, fuerint admissi. Plenior hanc in rem catalogum adhuc exhibent ANDR. TIRAQUELLVS de Nobilit. c. 25. n. 31. seqq. PALEOTHVS de nobis et spuris c. 66. Quomodo autem hoc postmodum mutatum, et ex illegitima natiuitate irregularitas introducta fuerit? ostendit laudatus Dn. BOEHMERVS c. 1. §. 2. seqq. quem huc exscribere non placet. Sane, quod attinet terras Protestantium, quamuis spurii aegre ibidem ad eiusmodi munera ecclesiastica admitti soleant, illos tamen plane ob hunc defectum, si reliquas qualitates habeant, atque idonei sint, repellendos esse, cum D. BOEHMERO c. 1. §. 7. negamus, quid d. l. ad rationes contrarias ex fundamentoreponder. Multo uero minus spuris, praepriis per subsequens matrimonium legitimatis, aditus ad munera ecclesiastica consequenda, praeccludi debet. c. 6. X. qui filii sint legitimi. Dn. THOMASIVS c. 1. n. ii. ibique allegati Couarruias atque Rosenthal. Negat equidem hanc facultatem legitimatis per rescriptum Principis, nisi obtinuerint Pontificis dispensationem, ENGEL ad tit. X. de Elect. et Elect. por. n. 24. in tantum, ut nec Episcopi hac potestate in suis dioecesibus gaudeant, quippe qui dispensare tantummodo

5
12

do possunt, super hac irregularitate, ratione *ordinum minorum*, et beneficiorum, curam animae non habentium. *cap. 1. de filiis Presbyter. in 6to.* Sed hoc iterum ad terras Protestantium, quippe in quibus Pontificis autoritas non adeo multum ualet, uix rite applicatur, potius Principi ius circa sacra recte uindicatur, conf. BRUNNEM. *Iur. Eccl. L. I. c. 2. §. 2. seqq.* REINKING. *de Regim. Secul. et Eccles. L. III. Cl. 1. c. 1. n. 9.* STRYCK. *Vf. Mod. Pandect. tit. de Inst. et Iur. §. 2.* ZIEGLER. *de Iure Mai. L. I. c. 13. seqq.* atque per *Instrument. Pac. Osnabr. Art. V. it. Capitul. Leopold. Art. 1. restitutum*, eiusque exercitium, haecenus suspensum quasi, reditum est. Inde haut dubitamus, quin Principis dispensatione interueniente, in Protestantium terris illegitime natos, si uitium alias natalium, eruditione et morum sanctitate sit emandatum, siue Princeps illos expresse legitimaue- rit, siue sine legitimatione eos admittere iubeat, admittendos esse ad sacra munia, asseramus cum Dn. BOEHEMERO *c. 1. §. 2.*

§. XXVII.

Adiiciunt corporis integritatem, ita, ut ad exemplum *Quid cir-*
iuris Mosaiici *Leuit. XXI. 17. seqq.* corpore uitiatu repellendi *ca corpo-*
sint. Sicuti uero hanc corporis qualitatem DEVS olim de *ris inte-*
siderauit tantummodo in sacerdotibus atque Leuitis populi *gritatem*
Israelitici, ita hae leges nos hodie, cum typicae fuerint, *observan-*
atque GREGORIUS *c. 1. dist. 49.* sensum earundem mysti- *dum in*
cum, cur coecus, claudus, qui paruo, grandi uel torto na- *eligendis*
so, pede fracto uel manu incedit, sigibbosus, si lippus, *uerbi mi-*
sit, si albuginem in oculo, si iugem, scabiem, si impetigi- *nistris ?*
nem in corpore habeat, aut ponderosus sit, pluribus exhi-
beat, amplius non stringunt, sed Christi aduentu adimple-
tae, et postea abrogatae sunt, *uid. Matth. XI, 13. Act. XV, 10.*

Ebr. IX, 9. et optime *PAVLVS ad Galat. V. 1. seqq. et ad Coloss. II, 16. 17. 20. seqq.* Neque etiam *PAVLVS* cum *1. Tim. III.* qualitates necessarias atque genuinas in ministris Ecclesiae recenset, mentionem integritatis corporis facit, ostendit etiam *Dn. BOEHMERVS in Jur. Eccles. L. I. T. 20. §. 2. seqq.* quod irregularitas, quae ex uitio quodam corporis descendere dicitur, iure Canonico, primitiuæ Ecclesiae incognita, neque in illa obseruata, sed postquam *sacerdorum V. T. Episcopis et Presbyteris omnimodo contra rationem Ecclesiarum N. T. tributum, dispositio Iuris Mosaici, de uitiatu corpore, a sacerdotio remouendis, in suos usus reuocatum fuerit, sicut hoc probat ex HILARII Papae decreto, relato in c. 3. D. 55.* quem primum, huius irregularitatis mentionem iniecit, ex *THOMASSINO* ibidem allegato deducit. Monet hinc recte *B. ZIEGLER. ad Lancell. L. I. T. 7. §. 9.* uerb. *corpore integrum*, quod, quamuis si commode fieri possit, tales praeficiendi sint, si forma corporis non sint aliis contemptui; tamen si alias praeclaris donis Spiritus S. ad ministerium necessariis, sint ornati, melius esse, ut careat minister Ecclesiae eleganti forma corporis, quam ut Ecclesia careat idoneo ministro. Interim tamen, si uitium corporis tale sit, per quod impediatur ministerium ecclesiasticum, aut talis deformitas, ut periculum sit, ne ex publica eius conuersatione nascendis monstris detur occasio, recte repelli posse censet. *B. STRYCK. in not. ad Ius Eccles. Brunn. L. I. c. 5. V OETIUS in Polit. Eccles. P. 2. L. III. rr. 3. c. 2.* *B. HORN. ad Schilt. L. I. T. 14. §. 22.* uerb. *castratus*, qui etiam in suis *Responsis Cl. 1. Resp. 15.* praeiudicio quodam *Facult. Iurid. Vitemb.* hanc rem illustrat.

An actus
hodie
habeatur
ratio in

§. XXIIII.
Porro et rationem aetatis habendam esse, contendunt, quo autoritate polleat, cui tantarum rerum cura concre-

concreditur. Olim sane aetas, notante Dn. BOEHMERO in *Candida-
Iure Eccl. L. I. T. 14. §. 6.* ex EVSEBIO *L. VI. Hist. Eccl. c. 30.* ^{10 mini-}
non erat determinata in ministris Ecclesiae, sed unice habe-^{steris ?}
batur ratio doctrinae et sanctimoniae uitae. Postquam uero
per abulum iuuenes indisciplinati saepe properarent ad
officia sacra, certa aetas est determinata, quae a IUSTINIANO
Nou. CXXIII. c. 1. et 13. Iure autem Canonico *in c. 4. 5. 6. 7.
D. 77. et c. 7. X. de elect. et elect. por.* iuxta ordines, ad quas
promoueri debet, adducta legitur. Inter Protestantes, si-
cuti etiam laudatus BOEHMERVS c. 1. ostendit, quoad Ca-
nonicatus certa adhuc aetas in Ecclesiis cathedralibus obser-
uatur, ut praebendatus ad plenissimam prouentuum per-
ceptionem peruenire possit; nulla tamen praescripta iis est
aetas, qui ad ministeria Ecclesiastica promoueri cupiunt, sed
ad capacitatem unice respiciendum est, praeprius, cum nec
iuri diuino, nec, uti supra deductum, praxi primitiuae Ec-
clesiae repugnet, iuuenes episcopos fieri, Exemplo TIMO-
THEI *1. Tim. IV. u.* modo alias idonei habeantur. Interim
tamen haut facile homines nimium iuuenes adolescentes ad
officia ecclesiastica, praesertim, quae inspectionem in alios
Clericos coniunctam habent, sunt promouendi, conf. B.
ZIEGLER. *de diaconis cap. VIII. §. 22.* ORD. ECCL. Vom
Ampt derer Kirchen-Diener, rubr. Wenn ein Kirchen-Die-
ner §. Weil auch etc. Vnde etiam per saltum non facile
promoueri debent, id quod non solum *in cap. 5. et 9. X.
de aetate et qual. et ord. praesc.* sed et in ORD. ECCLES.
nostra rubr. wie ein Kirchen-Diener vor den Consisto-
rialn etc. §. weil auch etc. expresse cauetur. Interim Pon-
tificii fraudem his legibus facere egregie sciunt, dum
per aliquot dies transitum per omnes gradus indulgent,
uid. CHEMNITIVS in *Exam. Conc. Trid. P. II. de Sa-
exam. Ordinis.*

§. XXIX.

*Feminis,
sacro offi-
cio prae-
esse re et
denega-
tur?*

Inter inhabiles intuitu sexus, feminas etiam referendas esse, quilibet, me non monente, concedere necessum habeat. Sexus enim hic, non solum ineptus putatur, ob ingentam quasi inconstantiam et imbecillitatem, sed et facultas docendi, et coetui sacro praeesse, iuxta tritum istud Paulinum, *1. Cor. XIV, 34. 1. Tim. II, 11. seqq.* illis denegatur, relicta sola obsequii et discendi cupiditatis gloria. Quam facultatem in prima sua matre feminas perdidisse, iudicat B. DANNHAVERVS *Theol. Consc. Tom. I. P. 2. Spec. dial. 3. Sect. IV. Qu. 1.* Negari quidem simpliciter nequit feminis aptitudo ad perdiscendas literas, docendique artes, cum plura eruditarum feminarum exempla rem confirmant, Vid. *Iac. THOMASIVS Diff. de erud. femin.* ut uero uices Pastoris Ecclesiae illis unquam concreditaе fuerint, nemo huc usque probauit. Refert quidem GRETSEVS *in Exam. Disp. Pap. p. 1004.* exemplum de Catharina Cellia, quae in summo templo Argentoratensi concionari sibi arrogauerit, sed pro more eum criminatum esse, notat laudatus DANNHAVER *l.c. conf. BALDWIN. L. IV. Cas. Consc. c. V. Cas. 11.* Interim tamen nec approbandum est SCHILTERI iudicium, *de Libert. Eccl. c. II. §. 21.* ac si feminae a iudicio de rebus fidei plane sint excludendae. Publicum enim saltem docendi munus in textibus supra allatis illis denegatur, non priuatum iudicium, ceu contextus docet, illis abiudicatur, Dn. BOEHMER. *Iur. Paroch. Sect. I. c. 2. §. 42.*

§. XXX.

*In eligendo
Candidato ad
munus.*

Patet ex iis, quae huc usque adducta sunt, quam caute Patroni, in eligendo Candidato procedere, et quod non, nisi istum, qui debitis qualitatibus praeditus, denominare, atque

5
 12

atque Parochianis suis praeficere debeant. Vnde nec per-^{sacrum}
 functorie hoc negotium suscipiendum, sed quo grauius istud ^{uacans}
 existit, eo ardentioribus precibus DEO est committendum, ^{caute est}
 ne indignus, atque mercenarius Parochus, obtrudatur Ec- ^{proceden-}
 clesiae. Precibus enim eiusmodi omissis, mirandum haut ^{dum Pa-}
 est, quod saepe DEVS malis hominibus mittat eiusmodi Pa- ^{trono.}
 storem, qui magis obstr, quam prostr Ecclesiae. Sicuti hoc
 ORIGENES *Homil. IV. in Libr. Iudic.* cuius uerba in *c. 18. D. 8.*
Qu. 1. referuntur, pluribus rem illustrat. Eo etiam non mi-
 nus ipsis est laborandum, quo puro et sincero animo absque
 omnibus inordinatis modis, rem in se grauem, bene perpen-
 dant, pertractentque. Peccant hinc grauissime, qui Paro-
 chias uenum exponunt et plus licitanti addicunt, id quod,
 tanquam in poenam Simoniae, uid. ZIEGL. *de Episc. Lib. II. c. 3.*
 priuatione iuris Patronatus in Patrono, et priuatione func-
 tionis ecclesiasticae intuitu illius, qui hoc modo istam obtinuit,
 merito coercetur. Dn. BEYER. *in addit. ad Carpz. L. I. d. 40.*
n. 4. conf. MEYER. *Museum Ministr. Eccl. p. 113. sq.* Peccant
 etiam, qui ius eligendi Parochum, uirgini cuidam, siue sit
 Patroni filia, siue ancilla, netrix, aut lotrix, ex causis saepis-
 sime arcanis concedunt, ita ut ille huic officio sit proponen-
 dus, qui illam uxorem ducere uult, quippe quae concessio
 non potest non naturae uocationis diuinae repugnare, uid.
 BRVNN. *Ius Eccl. L. I. c. 5. §. 16.* Henr. Lincf. *in diss. de*
promot. per matrim. Altdorff. 1688. hab. c. 3. §. 14. sqq. Dn.
 BOEHMER. *Iur. Paroch. Sect. III. c. I. §. 24.* ubi hoc praeiudi-
 cio quodam *Facult. Iurid. Hall. Mens. Iul. 1701.* conscripto,
 illustrat. Monet interim CARPZ. *L. I. d. 42.* quod nonnun-
 quam accidentaliter illa uocationis conditio, ut minister Ecclē-
 siae antecessoris uiduam uel filiam in uxorem ducat, mo-
 do requisita, quae sub *n. 5.* adducit, et Dn. BEYER *ad ean-*
dem def. 42. n. 5. tribus adhuc auget, subsistat, sufficienter
 obser-

obseruata fuerint. B. MEYERVS tamen, ob varias rationes, *l. c. p. 108. seqq.* adductas, minime spernendas, conditionem hanc, plane reiicit. Caueat praeterea etiam Patronus, ne nouum Pastorem, e locis nimis remotis sine urgente necessitate uocet, cum ita Parochiani impensis, quae praesertim in transportanda suppellectili Pastoris requiruntur, nimis onerentur. Dn. BEYER. *l. c. L. I. d. 26.* Vbi non solum Rescriptum quoddam Regium hanc in rem adducit, sed et hoc, in translocatione Pastorum, et ludimoderatorum obseruandum esse, monet.

§. XXXI.

Maturanda quoque est electio, atque nominatio noui Pastoris, ne, ut dicitur *in c. n. D. 50.* cadente Pastore, domini gregem antiquus hostis, insidiando, dilaniet; unde etiam in Concilio Lateranensi Episcoporum electioni praescriptum est spatium, *trium mensium c. 41. X. de Elect.* quod tempus iam in Concilio Chalcedonensi praescriptum erat, *c. 3. D. 75.* licet prouisionibus aliorum beneficiorum, seu munerum ecclesiasticorum inferiorum, *sex menses* sunt destinati, *c. nulla. 2. c. Dilectus. 12. X. de Concess. praeb. c. 5. X. de supplenda negligentia Praelator.* Id quod tempus etiam Patroni ecclesiastici habent, cum contra Laicis *quadrimestre* tantummodo spatium sit indultum *c. 3. 23. et 27. X. de Iure Patronat.* Duplicem huius diuersitatis rationem adducit Dn. BOEHMERVS *in Iure Paroch. Sect. VIII. c. 1. §. 16.* scilicet, adscribit hanc temporis diuersitatem magnitudini partim curae, quae breuius tempus requirebat in Episcopatibus, quippe a quibus tot speciales ecclesiae dependent, et sic quasi alimentum suum perunt, partim rationi status ecclesiastici, quae laici potestatem in praesentando restringere debebat, ut eo facilius ius eligendi, uel potius praesentandi, rediret ad Episcopum. Quodsi

Maturanda potius quam differenda est electio noui Pastoris ad munus eccles. uacant.

5
12

Quodsi enim per hocce temporis spatium, collatio et praesentatio erat omiſſa, pro ea uice, qua negligentia commiſſa, amiſſione huius iuris coercebantur, *c. 2. X. de ſuppl. negl. Praelar.* ita tamen, ut praefinitum ſpatium, a tempore demum ſcientiae, non uacantiae, computandum ſit. *arg. c. 27. X. de Iure Patron.* BRVNN. *Iur. Eccl. L. II. c. 8. §. 28.* ibique STRYCK. Cum enim negligentia hic ſit puniſſenda, non poteſt negligens dici, qui impeditur, aut qui ignorat. Dn. THOMASIVS *ad Lancell. L. I. T. 27. §. 5. n. 456.* Hodie quidem hoc temporis ſpatium, ob annum gratiae, quod uiduae et liberis in redditibus Parochiae uacantis conceditur, uix obſeruandum eſſe, monent Dd. communiter. CARPZ. *Iurispr. Eccl. L. I. T. 2. d. 15. num. 7.* B. TITIVS *in Iure Priu. L. IX. c. 4. §. 20.* BRVNNEM. *J. E. L. II. T. 8. §. 2.* Vbi tamen recte monet, quod ob annum gratiae praefentatio, et ſic multominus electio atque denominatio noui Paſtoris, minime debeat ſuſpendi, ſed mature Eccleſiae proſpiciendum ſit. Poteſt enim uel inſtitutio differri, uel extra ordinem, per collationem Parochialium interim nouo Paſtori prouideri potius, quam ut Eccleſia tamdiu Paſtore careat. conf. Dn. BOEHMER *Iur. Paroch. d. I. §. 28. ſeqq.* Quamuis ethic B. ZIEGLER *ad Lancell. L. I. T. 6. §. 2.* uerb. *uiduae prouidendum,* moneat, quod tertio demum, poſt ſepultum Paſtorem, die, ad electionem noui procedendum ſit.

§. XXXII.

Quodſi itaque perſona certa, iuxta ea, quae huc Non, niſi
uſque adducta ſunt, ad munus eccleſiaſticum uacans, ele- praefcitu
cta, atque ad concionem docimaſticam habendam a Patro- Superin-
no deſtinata ſit; Patrono incumbit, quo hac de re cum tendentis
Superintendente in dioceſi, cui Patronus ſubeſt, commu- concio
nicet, atque de die, quo concio haec inſtituenda ſit, amice docimaſti-
conferat. Neque enim abſque Superintendentis praefcitu ca inſtitui
pot. . . .
H atque

atque permissione, ullus ad Concionem ex suggestu habendam admitti debet *Art. gen. 3. in fin.* Ad eiusmodi enim sermones, quemadmodum nemo, nisi iam exercitatus, et in Oratoria ecclesiastica uersatus, admitti debeat, ne quis suggestum ascendat, qui a sana doctrina, et analogia fidei recedit, et ueritati aduersos fouet errores; ita multo minus ad hanc Docimasticam habendam admitti quis debet; Sicuti hoc non solum in ORD. ECCL. atque POLIT. 1612. *Tit. Von Consistorial-Sachen n. 5. uers. und hinführo der Collator etc.* sed et in *Decret. Synod. uerb. weils wir auch befunden, n.* ita est praescriptum, atque in dem reuidirten. *General-Decret §. 8.* repetitum est, id quod repetitur etiam in *Resol. Grau. de 1661. Tit. Von Consistorial-Sachen §. 3.* hac restrictione: Daß die Superintendenten mit denen Collatoribus Lehr- und Gerichts-Herrn, ohne Annahung eines Directorii sich freundlich vernehmen, und eines gewissen Tages wegen zu Anhörung der Probs-Predigt, gütlich vereinigen, und also unnöthigen Miß-Verstand verhüten sollen.

§. XXXIII.

Sicuti uero ex hisce apparet, quod Superintendens regulariter Patroni desideriis atque petitis, si er die Cangel dem Candidaten öffne, deferre, atque illum, ad concionem praesentem admittere debeat, in tantum, ut si absque iusta causa dissentire, neque denominatum admittere uelit, per Superiorem cogi possit. *c. decernimus. 16. qu. 7. c. pastoralis officii. 29. ibique PANORMITANVS. num. 7. X. de Iur. Patr. Nou. CXXXIII. c. 18.* Ita negari etiam nequit, quod si magna adsit causa, ut si denominatus fuerit homo, multis nefariis sceleribus coopertus, quem B. MEYER. l. c. p. 88. seq. etiamsi seria ductus poenitentia, uitam emendarit, nihil-

*Superin-
tendens si
grauis ad-
ducatur cau-
sas, cur
hunc uel
illum a
Patrono
denomi-
natum ad
concionem
docimasti-*

5
12

hilominus indignum iudicat: non integræ fuerit famæ, *cam habendam*
 et ob uitam turpiter actam relegationem academicam com-
 meruerit conf. *i. Timoth. III. 7. MEYER l. c. p. 65. seqq.* rudis *admittere*
 prorsus et ab omni eruditione uacuus, de heterodoxia su-
 spectus, aut alias inhabilis, tum omnino audiendum esse *haut pos-*
 Superintendentem, si Patrono ante concionem *fit, est au-*
diendus.
 exponat. B. ZIEGLER. *Superint. C. XI. §. 6.* Satius enim
 est statim ab initio eiusmodi corruptelis ire obuiam, atque
 si talis causa appareat, repellere Candidatum licet denomi-
 natum, quam ea re, quæ cum sumtu fit, frustra defungi,
 quod et uix sine scandalo suscipi potest. B. HORN. *ad Schilt.*
L. I. T. 14. §. 17. uerb. atque oblationem. Optime hinc agit
 Superintendens, si cum Candidato, antequam illum, ad
 concionem docimasticam habendam, admittat, scrutinium
 quoddam instituat priuatum, præprimis, si ante in officio
 non fuerit, sicuti eo pertinet *Resol. Grau. de 1609. tit. Von*
Consistorial-Sachen, atque hoc eo magis, cum ad sufficien-
 tem inquisitionem in Candidati capacitatem sola concio
 docimastica haut sufficere uideatur, cum nemo facile tam
 imprudens existat, qui non una aliqua concione eleganter
 elaborata ita se gerere possit, quo placere queat, multis et-
 iam in hoc negotio alieno arare uitulo solenne sit. Prae-
 cipua autem illius cura in eo consistere debet, quo de uita
 et integritate morum eiusmodi Candidati inquisitionem
 instituat, licet etiam nemo sit, qui contra eum aliquid obii-
 ciat, *c. 19. X. de Elect.* Quamuis enim alias quilibet præ-
 sumatur bonus et idoneus, donec malus probetur *l. 51. ff.*
pro Socio. l. 10. C. arbitr. tut. Optime tamen monet Dn.
 BOEHMERVS *in Iur. Eccl. L. I. T. XII. §. 8.* quod haec præ-
 sumtio in hoc arduo negotio non debeat attendi, tum quia
 haec generalis praesumptio non sufficit, et nihil aliud inuol-
 uit, quam quemlibet praesumptionem delicti exclusiuam pro

se habere; tum etiam, quia in Candidato eiusmodi singulares qualitates adesse debent, quae nudis praesumptionibus minime nituntur, sed longa probatione confirmantur; tum denique, quia ubi maior certitudo adesse debet, nuda praesumptiones non sufficiant; Vnde etiam ulterius deducit, non sufficere testimonium negatiuum, quo testes declarant, quod nihil mali unquam ab eo audierint, quippe quod, eiusmodi testimonium nihil plus continet, quam illam communem praesumptionem, neminem praesumi malum, sed positiuum adesse debere, ex quo constet, qualitates requisitas ei inesse LEVRENIUS *in foro benefic. P. II. qu. 485. n. 5.* PASSERINUS *de Elect. Canon. C. XXXIII. n. 87.* STRYCKIUS *de Vita ante acta C. III. §. 23.* Accedere etiam debet, inquisitio quaedam de doctrina et eruditione, inprimis quod attinet summa religionis nostrae capita. ORD. ECCL. SAX. *rubr. Von Examine aller Kirchern Diener, so entweder Ordiniert, oder zu andern Pfarrern gefordert werden sollen.* Licet enim ibidem de eo Examine, quod ante Ordinationem Candidati iam uocati coram Consistorio subire debent, agatur, nihilo tamen secius et Superintendentens prudenter agit, si ante admissionem ad concionem docimasticam scrutinium quoddam cum Candidato instituat, ne postea maiori cum dedecore atque ignominia non possit non repelli. Praeprimis autem inquiri debet, utrum Candidatus satis innutritus sit doctrina librorum Symbolicorum, an Scriptura sacra neglecta, tantum respondere possit ex Systematibus, quo inprimis urgeri debet, ut responsiones suas dictis biblicis corroboret, eorumque sensum sistat. Quo pertinet ORD. ECCL. SAX. *c. l. vers. sonderlich aber sollen die Examinatoren etc.* Sunt etiam uires eius in iis, quae officium pastorale et praxin theologicam respiciunt, explorandae, de quibus latius Dn. BOEHMER, *c. l. §. 13. f. 77.* agit.

5
12

§. XXXIV.

Quod si itaque scrutinio instituto Superintendens inhabilem inuenerit Candidatum denominatum, denegare potest assensum suum, atque eiusmodi inidoneum ad Patronum suum remittere, eumque admonere debet, quo aptiorem designet, RESOL. GRAV. de an. 1609. tit. Von Consistorial-Sachen, n. 5. Neque probandum hic est, ut eiusmodi inhabilis atque non satis instructus sub hac conditione admittatur, ut diligentiam et sedulitatem in discendo promittat. Ecclesiis enim prouidendum est de praesenti probato et fideli ministro, et cum aliorum copia praeprius hodie non deficiat, nulla sane idonea ratio potest reddi, cur eiusmodi inidoneus promouendus sit. conf. B. MEYER, l. c. p. 63. sqq. STRYCK, ad Brunn. I. E. L. I. c. 5. §. 23. in fin. Multo etiam minus probanda est promotio Candidati sub clausula commissoria, ut si intra biennium sufficientem eruditionem sibi non parauerit, remoueatur. Recte enim notat Dn. BOEHMER, in Iure Eccl. L. I. T. 12. §. 17. quod eiusmodi clausula sine nota turpitudinis eo minus in hoc negotio arduo toleranda, cum ne quidem in negotiis ciuilibus semper admitti soleat.

§. XXXV.

Minime uero ex iis, quae huc usque deducta sunt, Superintendens praetendere potest, quo ipsi actui electionis seu deliberationis, etiam quod electionem diaconi attinet, interfit. Quamuis enim in ART. GEN. de 1577. p. 143. §. Die Diaconen, ibi: Die Diaconen aber soll der Pfarrer nebst den Rath wählen, expresse decisum sit, quod iis, qui ius Patronatus habet, non possit eligere diaconum sine Concurſu Pastoris, cui in auxilium dandus; recte tamen monet B. HORN, ad Schilt. L. I. T. 2. §. 4. quod Patronus

storibus, imo etiam Superintendentibus *uorum* tantummodo *consultatium*, uel ut alii uolunt *negatium*, non autem *decisuum* uel *positium* competat. Vnde itaque sufficit, si peracta deliberatione atque electione, eius informatio requiratur. Cum enim denominatio atque electio soli Patrono competat, non potest informans praetendere, ut simul concurrat in ipsa electione, alias enim uotum ipsius esset *consultatium* magis, quam informatium, ipseque simul de iure Patronatus partem quandam caperet, quod absque iurium diuersorum confusione, minime est statuendum, Dn. CHRIST. WILDVOGEL. *Diss. de Voto informatiuo* §. 38. ubi hoc *Responso Ord. Ict. Ienens.* pluribus illustrat. *conf.* Dn. BEYER *in addit. ad Carpz. L. I. d. 37. et 38.* ubi monet, quod circa electionem Diaconi, cuiusque loci consuetudo et obseruantia debeat attendi, sicuti etiam B. HORN. *ad Schilt. L. I. T. 14. §. 17.* uerbo *irrequisito*, peculiari consuetudine, quae *Freybergae* obtinet, illustrat. Quamuis enim ibidem Superintendens deliberationi atque electioni non interfit, nihilo tamen secius eiusdem uotum informatium exigitur, soletque illud in Curia, in Confessu Senatus, in quam rogatus uenit, exponere.

§. XXXVI.

Quando,
et quomodo
institui
soleat
Concio
Docimastica?

Quod si uero Superintendens electum, atque a Patrono denominatum Candidatum, dignum deprehenderit, cum Patrono diem certum, et regulariter dominicum, ad hanc concionem habendam eligit, qui non solum Candidato, uerum etiam illis, quorum animarum nouus Pastor praeficiendus est, debito modo notificatur, et quidem Candidato, quo ad hanc concionem habendam sufficienter se praeparare, atque instructus praescripto die comparere possit. Parochianis autem, quo non solum uideant atque audiant Pastorem nouiter

5
12

uiter praeficiendum, sed et finita hac concione sententiam suam atque inclinationem, aut causas iustas, cur admittere non possint illum, quem Patronus elegit, exponere ualeant. Olim quidem, ceu notat B. ZIEGLER. *ad Lancell. L. I. T. 9. §. 7.* et ex eo Dn. THOMASIVS *ad eundum locum*, nomina uocandorum per trinundinum h. e. ceu iterum explicat laudatus ZIEGLERVS l. c. *L. I. T. 6. §. 2.* uerb. *cuncti, qui eligendi ius habent*, per tres solennes conuentus ecclesiasticos promulgari solebant, de quo ritu uid. Claud. ESPENCEVS *in 1. Tim. III. 6. et supra §. 3. et 4.* At hodie ritus ille amplius obseruari non solet, uerum sufficit, significare simpliciter Parochianis ex suggestu talem concionem habendam esse, ita, ut nec quidem nomen, atque natales Candidati, cum de persona alias plerumque constare soleat, simul exprimatur. B. HORN. *ad Schilt. L. I. T. 14. §. 34.* uerb. *nomen et natales*. B. NAEVII *Ius Cleric. Cap. V. §. 34. in fin.* Contra ea uero, Candidatum quod atinet, illi in scriptis dies concionis habendae sequentem plerumque in modum:

Allermassen der Durchlauchtigste, des Heil. Römischen Reichs Erzmarschall und Churfürst auch Herzog zu Sachsen, Jülich, Cleue und Berg, Engern und Westphalen, und Burggraff zu Magdeburg, Herzogic. Herr Friederich Augustus, Unser allergnädigster Herr, vermöge dero an uns abgelassenen und in Abschrifft hierbey angefügten gemessenen Befehls in Gnaden entschlossen, daß durch Absterben N. N. alhier zu N. verledigte Pfarr und Superintendenten-Ambt durch unsern Großgünstigen Herrn hinwegwiederum ersetzen zu lassen, Und wir darauff zu Ablegung dessen Prob-Predigt den nechst bevorstehenden 25ten dieses Monats Nouembre, als Dom. XXV. post Trin. im Nahmen Gottes anberaumer. Als haben wir solches demselben hierdurch eröffnen, auch zugleich unser Orths Ihn ersuchen wollen, daß er des Tages zuvor in hiesiger

etiam
iudicium
ad hunc
modum
etiam
iudicium
etiam
iudicium



figer Superintendentur einkommen, so den folgenden obbenienten Sonntags eine gewöhnliche Prob-Predigt in hiesiger Städt-Kirchen (darzu Ihm hiermit von mir dem Diacono als zur Zeit Vicario der Inspection die Cangel eröffnet seyn soll) ablegen, und wenn die eingepfarrten, vom Adel, so wohl der Rath und Bürgerschaft nebst denen übrigen sämtlichen eingepfarrten wieder seine Person, Lehre, Leben und Wandel nichts erhebliches einzuwenden haben, darauf von mir den Amtmann die Vocation in gewöhnlicher Form und nach den aus dem Hochlöbl. Ober-Consistorio selbst erteilten Notul also fort gewärtig seyn wolle; wünschen im übrigen denselben hiezu Göttl. Gnade, Segen und Gedenken, und verbleiben Ihm zu allen Gebeths- und Dienstfertigkeit iederzeit willfährig und gefliessen, Datum N. deu 11. Nouembr. 1694.

Chur-Fürstl. Sächs. Delegati als
N. N. Diaconus p. t. Vicarius Eph.

N. N. Amtmann,
notificari solet. Quamuis et hic ad consuetudinem cuiusuis loci respiciendum sit.

§. XXXVII.

Concio
hacc docimastica
si habenda, et filialistis
notificandum.

Debent etiam ad hanc concionem, si fortasse duae pluresve unitae fuerint Ecclesia, et una matris, reliquae autem filiarum nomine ueniant, filialistae ceu uocantur, quo praesto sint, publica uoce moneri; cum enim et illis nouus Pastor praeficiendus sit, et horum iudicium explorandum c. 7. X. de Officio Archidiac. GERHARD, in Loc. de Minist. Eccl. Sect. VII. pr. Nihil autem interest, utrum ex suggestu in Ecclesia matre, an uero in ipsa filia eiusmodi admonitio atque inuitatio facta fuerit. FINCKELTH. de Iure Patron. c. V. n. 64. Quamuis et hic non minus ad usum atque consuetudinem cuiusuis loci sit respiciendum, monente B. ZIEGLERO de Superint. C. XII. §. 2.

§. XXXVIII.

5
12

§. XXXIIX.

Quod si etiam Patronus Parochiae uacantis non simul Dominus iurisdictionis sit, aut ad minimum loci, ubi filialistae *iurisdictionales*, degunt, Patronus obstrictus est, ut eiusmodi dominis iuris *filiales*, dictionalibus, quo etiam Praefecti, hoc in passu, referendi *qui Parochiae uacanti sub-* sunt, quoties eorum subditi, tanquam filialistae ad illam Eccle- *sunt, sigillatim ad hanc concionem* siam pertinent, cui nouus Pastor praeficiendus est, concionem *docimasticam* habendam significet, eosque roget, quo et ipsi ad sint, atque iubeant, ut subditi eorundem frequenter adue- *hanc concionem* niant. B. HORN. *d. l. L. I. T. 17. §. 34. uerb. nomen et natales*, in fin. Neque uero sufficit, nuda denunciatio ex suggestu facta, *docimast.* sed per literas inuitari debent. B. ZIEGLER. *Superint. c. XII. inuitan-* §. 2. Monet tamen Dn. BEYER. *ad Carpz. L. I. d. 31. n. 5. quod di-* sicuri eiusmodi inuitatio in scriptis peragenda, nulla lege expressa sit, ita et hac in parte, ad consuetudinem cuiusuis loci respiciendum esse; Qua de causa etiam meminit laudatus Dn. BEYER. *c. l. quod Consistorium supremum in causa des von Wittichau zu Bernstein contra den von Binau an. 1697. decreuerit: man ließe es bey dem Herkommen bewenden.*

§. XXXIX.

Ita haec concio in illo templo, cui nouus Pastor praefi *Concio* ciendus est, et quidem regulariter in Matre haberi solet. Et *docimast.* quamuis, si ad Superintenduram quis uocetur, in Consistorio *eo in templo cui nouus pastor praeficiendus regular. est habenda.* supremo coram Senatu Ecclesiastico Candidatus se sistere atque concionem exploratoriam *Dresdae in aulae templo* habere, atque postmodum Colloquio consueto sese submittere de- *beat. B. NAEVII Ius Cleric. C. V. §. 26. p. 283. Interim tamen quia communiter Pastoris officium cohaeret, et hic in Ecclesia, cui perficitur, ad concionem docimasticam habendam, ob-* stringitur. Quam in sententiam Rescriptum a Protosynedrio *Dresdensi sub d. 1. May. 1719. ad Consistorium Eccles. Vitemb. sequentem in modum emissum esse, recogitamus. Demnach*



das Pfarr- und Superintendenten-Ambt zu N. durch Absterben N. N. sich verlediget, und Wir dasselbe mit N. N. wiederum ersetzen zu lassen, entschlossen, Als begehren Wir hiermit, ihr wollet ihm die Cantzel zu N. zu Ablegung einer Prob-Predigt auf einen gewissen Sonntag eröffnen, und daferne die Eingepfarrten, wieder seine Person, Lehre, Leben und Wandel nichts erhebliches einzuwenden, ihn durch den Ambrmann daselbst die Vocation zu berühren Pfarr- und Superintendenten-Ambte in gewöhnlicher Form ausantworten lassen, auch was der Ordination halber und sonst ferner disfalls nöthig, gehörig verfügen, und Uns wie ihr solches expediret, unterthänigst berichten, damit Wir Uns sodann wegen der Confirmation und Inuestitur zu bezeigen wissen mögen, daranzel.

§. XL.

Conc. docimast. in teresse oportet uel Superintendent. ipsum, uel eo mortuo eius Vicarium.

Debet etiam concioni huic praeter Patronum et Superintendentens interesse, CARPZ, *L. I. d. 35. n. 8.* atque hic eo magis, cum non solum Superintendentens ipse iudicare debeat, quid sentiendum sit de noui Pastoris dono docendi, sed et iudicia Parochianorum de eius Persona, moribus atque doctrina, explorare ipsi incumbat. B. ZIEGLER, *d. I. §. 3.* Quod si uero Superintendentens non adsit, sed mortuus fuerit, Vicarius illius dioeceseos, ea, quae circa hanc Concionem expedienda ueniunt, peragit, quem in modum, non solum Consistorium Eccles. Vitemb. sub d. 9. Sept. 1706. ad Vicarium dioeceseos Zahnenfis, et sub d. 21. Dec. 1718 ad Vicarium dioeceseos Vitemb. ihr der Vicarius wollet demselben die Cantzel zu N. auf einen gewissen Sonntag zu Ablegung einer Prob-Predigt eröffnen, und dafern die Eingepfarrten, wieder dessen Person, Lehre, Leben und Wandel nichts erhebliches einzuwenden, so dann etc. Sed et Senatum Eccles. Dresd. nomine ELECTORIS SERENISSIMI sub d. 9. Nov. 1699. ad diaconum Liebenwerdensen, seu Vicarium illius Inspectionis rescripsisse, memini. Minime uero haec facultas subtrahitur Superintendentens competit, sicuti hoc

5
12

hoc patet ex Rescripto Regio sub d. 22. Febr. 1719. ad Consistor.
VVittemb. dato.

Wir haben aus eurem unterthänigsten Bericht, vom 15. die-
ses, verlesen hören, was massen ihr nach Absterben des Superin-
tendens zu Seyda, Andreas Gormanns, dessen gewesenem Sub-
stituto M. Peter Paul Kochen, dasienige, was in Inspections-
und Amts: Sachen bis zur Ersetzung zu verrichten seyn möchte,
aufgetragen, Nachdem aber durch den Todt des Emeriti des Sub-
stituti Ambt und Verrichtungen von sich selbst aufhören, und ihme
dahero das Vicariat, sonderlich die Inspection über die andern
ordentl. Pastores füglich nicht anvertrauet werden kan, Als ist Un-
ser Begehren hiermit, ihr wollet dieses einen ordentl. Pfarrer dieser
Inspection, massen ihr, daß dieses also vermahls geschehen sey,
selbst angeführet, committiren, daran ic. Quo loco tamen no-
rochis ordinarius illius Dioeceseos demandauerat Vicariatum, *Conc. do-
cistica.*
illeque Superintendenti nouiter denominato aditu ad ha-
bendam concionem docimasticam parauerat, Senatam Eccle-
siasticam hoc approbare noluisse, sed hunc in modum referi-
pisse sub d. 17. Julii 1719. *quam no-
uus Pa-
stor qui
simul offi-
cio Super-
int. de-
fungi de-
bet, non
sufficit si
Vicarius
modo in-
terst.*

Demnach wir aus eurem unterm 28. Julii, jüngsthin wegen
D. Paul Gottfried Hoffmanns bishero gewesenem Profess. Theol.
Extraord. zu Leipzig abgelegten Prob: Predigt zum Pastorat und
Superintendenten: Ampte zu Seyda erstatteten unterthänigsten
Berichte und Beylagen, auch der demselben darauf ausgestellten
Vocation wahrgenommen, daß gedachtem D. Hoffmann die Can-
zel zu Ablegung sothaner Prob: Predigt, von dem Pfarrer zu Ga-
degast, Christoph Jungnickeln, eröffnet, von demselben die Prob:
Predigt angehört, und die Eingepfarrten deshalb vernommen,
und darüber an euch Bericht erstatter worden sey, dieses alles aber
von iemand eures Mittels füglich geschehen und verrichtet werden
können und sollen, Als ist Unser Begehren hiermit, ihr wollet euch in
Zukunft

Zukunft in dergleichen Fällen, also darnach achten *ic.* Et quamuis laudatum Consistorium sequentem in modum se excusabat:

Es. Königl. Maj. und Chur. Fürstl. Durchl. haben am 17. Julii jüngsthin allergnädigst rescribiret, daß die Canzel zu Seyda zu Ablegung D. Hoffmanns designirten Superintendentis daselbst Prob. Predigt von jemanden Unfers Mittels eröffnet, die Predigt angehöret, auch die Vernehmung derer Eingepfarreten füglich geschehen können, nicht aber durch den Vicarium der Inspection daselbst verrichtet werden sollen, Nun werden wir uns zwar in Zukunft in dergleichen Fällen allergehorsamst darnach zu achten wissen, können aber nicht um hin zu unserer allerunterthänigsten Entschuldigung anzuführen, was massen bey hiesigem Consistorio es jedesmahl also gehalten, und die Prob. Predigten derer designirten neuen Superintendenten, sowohl graduirten, als ungraduirt, darunter das letztere Exempel des von Seyda nach Zahna, und von dar nach Hertzberg beförderten Lic. Gerhardtts durch die Vicarios ieder Inspection, welche zu allen Verrichtungen authorisiret, expediret, solche obseruanz auch, wenn E. R. M. immediate Befehle in dergleichen Fall mit Ubergang des Consistorii ertheilet, wie bey dem jezigen Superintendenten zu Liebenwerda und Hertzberg geschehen, beybehalten, wie denn da in solchen Fällen vorhero eine Prob. Predigt in Dresden abgelegt werden muß, bey der Prob. Predigt es vornehmlich auf blosser Eröffnung der Canzel und Vernehmung derer Eingepfarreten, darüber der Gerichts. Herr als Patronus die registrarur fertiget, ankömmt, und künftig dergleichen actus zumahl bey entlegenen Superintendenten auf 6. bis 9. Meilen, der Abholung, Bewirthung und sonst, kostbahrer, und denen Eingepfarreten, weil sie solches nur bey Investituren, welche jedesmahl durch jemand unfers Mittels zu thun, ausdrücklich anbefohlen werden, gewohnet sind, befreundlich vorkommen werden, und weil dieses hinführo, als ein actus Consistorii anzusehen, so werden wir uns hoffentlich des Directorii

5
12

rectorii ohne der sonst bey Prob: Predigten Tit. Von Consistor. Sachen, in der N. Erled. §. 3. anbefohlenen freundlichen Vernehmung anzumassen, einen gewissen Tag zu bestimmen, und den Patronum nebst denen Eingepfarrten darauf zu bescheiden, auch hiez bey keinen Unterscheid, ob die Patroni iure proprio tales sind, oder in E. R. M. Nahmen, wie die Ambt: Leute, solches zu exerciren, und dieses alles sonst nebenst denen Vicariis aufgeschrieben, zu machen haben, welches wir also zu Abschneidung aller Hindernuß, vorz aus zu erwarten, allergehorsamst bitten. Ast sequatur Rescriptum Regium sub d. 4. Sept. 1719. hunc in modum.

Wir haben verlesen hören, was auf Unsern von 17. Julii jüngst: hin an euch ergangenen Befehl ihr zu eurer Entschuldigung, warum D. Paul Gottfr. Hoffmanns Prob: Predigt zu Seyda niemandt eures Mittels beygewohnt, und was disfalls nöthig gewesen, von euch beobachtet, sondern solches dem Pfarrer zu Gadegast aufgetragen worden sey, unterthänigst anführen wollen, auch was ihr darbey wegen Entlegenheit derer Dertther, in gleichen des directorii halber gehorsamst erinnert. Allermassen nun hinführo in dergleichen Fällen das anbefohlene gebührend zu beobachten, Als begehren wir zugleich hiermit, ihr wolle, wenn der Orth, wo solche Prob: Predigten anzuhören, über 2. Meilen von Wittenberg gelegen, dieses einem selbigen Orths benachbahrten Superintendenten auftragen, jedoch, das so wohl derienige, so aus euren Mitteln der Prob: Predigt beywohnet, als auch der Superintendenten, dem es im Fall der Entlegenheit des Orts aufgetragen werden möchte, alles was hiezunter zu expediren, Commissions weise verrichte, und also der Schwürigkeit, so ihr wegen des allegirten §. 3. der N. Erled. Tit. von Consistor. Sachen, euch befahren köntet, vorgebauet werde, daran &c.

Ex quibus itaque patet, quod per Vicarios deficiente Superintendente, ea, quae circa concionem doctrinaticam expedienda sunt, amplius peragi non debeant.

*Finitae
concione
docimasti
parochia
nis nega-
tium
quidem,
minime
u. decisi-
uum,
competit
notum.*

§. XLI.
Finita uero hac concione, Superintendens breui ple-
rumque habito sermone ad Populum congregatum, paro-
chianos interrogat, quid de noui Pastoris persona, doctrina ac
quae moribus sentiant, et, num quid iis occurrat, quod impe-
dimento sit, quo minus ille ad manus hoc sacrum promoueri
queat, sicuti hoc ipsum ORB. ECCLES. SAX. Von Examine derer
Kirchen-Diener, §. also ist auch, uerb. darauf nochmaln der Su-
perintendent die Pfarr-Kinder befragen soll, ob sie ihn zum Pfarr-
oder Kirchen-Diener, Lehr und Lebens, seiner Sprache halben, oder
in andere Wege, leiden mögen oder nicht, praescriptum est. Ne-
que enim Ecclesiae Christianae obluclanti, praepremis si iustas
dissentendi causas habeat, nouus Pastor obrudendus est. *can.
nulla. D. 62. can. ordinationes. c. i. qu. 1. l. 19. C. de Episc. audient.
BRVNN. Iur. Eccl. L. I. c. V. §. 5.* Interim tamen exinde popu-
lus quoddam decisuum, quod Patrono tantummodo compe-
tit, sibi asserere nequit, sed tantummodo negatiuum, ut ex
iusta causa dissentire possit, quam, si in promptu non habeat,
solacii loco dictum *ICTI in l. 30. ff. de testam. tut. Vobis quidem
non deficit ius, sed probatio*, illis interuire potest, Idem dicendum
quoque est, de filialistis, quippe qui aequae exceptionibus suis,
quas aduersus Candidatum denominatum habent, audiendi
sunt, cum et illis nouus Pastor praeficiatur, atque adeo eorum
etiam interlit, ne sub malo Pastore periculum incurrant. *c. Ma-
ximilian. Dist. 81. Balb. MENZER. in Exeg. Aug. Conf. art. 14.
BALDVIN. de instr. ministr. C. VI. GERH. loc. de Ministr. Eccl.
Secl. VII.*

§. XLII.

*Circa ex-
ploratio-
nem con-
sensus Pa-* Regulariter etiam, in ipso templo, ubi concio docimasti-
ca habita est, Superintendens populum, quid de Candidato
sentiat, interrogat atque causas, quas in medium profert, au-
dit. Iudicat etiam B. ZIEGLER. de Superint. C. XII. §. 4. quod
licet

5
12

licet nulla lex adsit, quae ab hoc actu repellat Patronum; tutius rochiano-
tamen atque consultius sit Ecclesiae, si Patrono absente Paro-
chiani interrogarentur de vita et moribus noui Pastoris, cum rum ubi
sic libera sint magis uota atque iudicia eorundem, atque sae-
pius contingere possit, ut praesentia potentior fuerit, plerif-
que libere decernendi potestatem eripiat. Quicquid sit, nos do fiat,
hic potius, lege deficiente, ad mores cuiusvis loci respicien-
dum esse, iudicamus, quippe qui, notante B. HORNIO. ad mores ue-
SCHILT. L. II. T. 17. §. 34. uerb. Patronum. maxime, et in no-
stris terris, uariant. Quamuis enim regulariter Parochiani de-
inclinatione erga nouum pastorem per Superintendentem, in-
terrogari soleant, ac debeant Dn. BEYER. ad Carpz. L. I. D. 27.
n. II. in quibusdam tamen locis, post concionem domasticam
ciues in Curiam uocantur, atque interrogantur de consensu;
ita, ut ii, qui ad ciues oppidanos non pertinent, non rogati,
tacitum consensum praebeant. In quibusdam etiam locis usu
receptum est, ut nec Superintendens nec Patronus interroget
Parochianos, sed consensus tacitus; si post concionem doc-
masticam, nemo contradicat, sufficiens habeatur; quemad-
modum non solum non improbandum sed et, ubi receptus,
retinendum esse hunc morem, pluribus a laudato B. HORNIO
in Resp. Cl. 1. Resp. 2. fol. 5. sqq. deducitur, atque tum Facultat.
Theolog. I. tum Scab. Lips. responsis corroboratur.

§. XLIII.

Quod, si itaque Parochianorum aut unus, aut alter ex iis, Quid, se
scrutinio hoc instituto, contradicat atque dissentiat, perpen-
dendum est, utrum iustum dissentendi causam habeant, nec unum aut
ne. Priori in casu, si compertum fuerit, quod obiectum est, aliter Pa-
Candidatus minime ad munus Ecclesiasticum uacans est ad-
mittendus, sed Patronus, quò aptiorem denominet, per Su-
perintendentem admoneri debet RESOL. GRAU. de 1699. Tit.
Bon Conslit. Sarchen n. 5. conf. Dn. BEYER. ad Carpz. L. I. d. 27.

n. 17.



2. 11. ubi in fine praeiudicium Supremi Consistorii Dresdensis adducit.

Posteriori autem in casu, exponenda est dissentientibus causarum allatarum insufficientia, illisque errores, in quibus versantur, idoneis rationibus allatis eradicandi, simulque calumniae, quibus novus pastor proscinditur, depellendae sunt; quod si tamen contradictionibus suis inhaereant, atque argumentis idoneis allatis, cedere nolint, res ad superiorem referenda est. B. HORN. *Cl. I. Resp. 6.* Qui, si contradictiones irrelevantes inuenerit, illas reiicit, atque, quo Candidato literae uocationis atque praesentationis, contradictione haut obstante, exhibeantur, iniungit. Pertinet huc *Rescriptum Regium sub d. 6. May. 1705. ad Consist. Eccl. Vir. emissum.*

Uns ist vorgetragen worden, was ihr, wegen des bisherigen Pfarrers zu Niederwerwig M. Johani Heinrich Kephuns Verhalten und derer Eingepfarrten zu Clebiz wieder denselben, als er bey ihnen die Prob: Predigt thun sollen, geschehenen Einwendens halber unterm 29. April. jüngsthin unterthänigst berichtet, Wann wir dann daraus ersehen, daß bemeldter Eingepfarrten Einwenden von keiner Erheblichkeit, Als ist Unser Begehren hiermit, ihr wollet, daß besagten M. Kephuns Prob: Predigt zu Clebiz anbefohlnen massen, ihren Fortgang haben möge, verfügen, daran 2c. 2c.

Quamuis enim inuitis Pastor obtrudendus non fit, interim tamen, si nullas iustas causas allegare aut proferre possunt, eiusmodi inanes contradictiones et strepitus anserini minime omnium attendendi, sed potius opera adhibenda, quo contradicentibus scrupuli et opiniones de qualitatibus Candidati denominati, temere concepti, eximantur. Pertinet huc ORD. ECCL. SAX. rubr. wie ein Kirchen: Diener, vers. wenn aber eine Commun. etc. uid. Dn. BEYER. *ad Carpz. L. I. D. 30. 11. 10.*

§. XLIV.

§. XLIV.

Frustra inprimis impugnant Parochiani Candidati eruditionem, cum plerumque de ea sufficienter iudicare non possint, imo sensu suo abundant, qui nimiam eruditionem in Parocho desiderant. BRUNNEM. *Iur. Eccl. L. I. c. 5. §. 9.* paulo aliter sentit, cum *Mundus*, inquit, *hodie non opus habet multa eruditione, sed in pietate ut informetur, quae plane uidetur mortua; Experientia enim docet, pios Ecclesiae ministros plus aedificare in Ecclesia, quam doctos semipios. Plus enim possunt in ecclesia exempla, quam nuda uerba.* Nunquam etiam iudicium de ipsa Concione, num ad palatum eorundem, et iuxta regulas artis elaborata fuerit, tolerari debet. Regnum Christi enim non consistit in uerbis, *1. Cor. IV. 20.* sed, in Spiritu atque ueritate uerbum DEI proponi sufficit, Conf. ea, quae PAVLVS *1. Cor. II. 1.* seqq. scribit: *se non uenisse ad Corinthios uerbis magnis et altitudinem spirantibus praedicando uerbum Dei, neque uerba sua in sermonibus ex sola ratione productis constituisse, sed in demonstratione Spiritus et uirtutis.* Recte hinc iudicat Dn. BOEHMERVS *Iur. Paroch. Sect. III. C. I. §. 69.* quod concio eleganter concinnata, plerumque etiam ex Postillis emendicata, et confarcinata, reuera absque omni uirtute et efficacia esse solet. Et quamuis naturaliter admirationem animis audientium ingerat, praepremis si exclamationes, interrogationes, aliasque figuras Rhetoricas, ambitiose cumularas, in se contineat, ad minimum tamen spiritualiter non mouet. Denique etiam Parochiani audiendi haut sunt, si Candidato eiusmodi uitia obiiant, quae, insecuta uita frugaliiori, iam dudum emendata. conf. B. HORN. *ad SCHILT. L. I. T. 14. §. 22. ibique alleg. Nec auct. DANNH. in Theol. Conscient. Dial. III. Sect. 4. qu. 4.* Quam in sententiam pronunciarunt ICTI HALLENS. Mens. Aug. 1699. *utia quae obiiant Candidato ita*

5
12

*compara- man zu sorgfältiger und einen Christlichen Lehrer gezeihmender Ver-
ra, ut in- waltung dieses wichtigen Ampts gute Hoffnung von ihm schöpfen
secuta ni- könne, und die von L. als Kirchen-Patroni dessen zureichende Ver-
ta fruga- sicherung hätten, alsdenn wäret ihr, euch (die Eingepfarreten) diesem
liori iam T. S. ferner zu opponiren nicht befugt. Referra etiam huc potest
dudum Responsum, quod a Scab. Viremb. Mens. Dec. 1719. ad interro-
sint emen- gationem M. Petri Traugott conscriptum est.
data.*

Will ein gewisser Patronus Ecclesiae M. P. in Ansehung sei-
ner guten Geschicklichkeit und verschiedener glaubwürdigen attesta-
ten, zu einem Euangelischen Paltorat aufn Lande befördern, da hin-
gegen die Eingepfarreten wieder des Candidati Verfohn einwen-
den, ob hätte dieselbe vor einiger Zeit eine Euangelische Pfarre un-
ter dem Catholischen Stifte Z. gesucht, und so er solche erlangen
könnte, dem Conuent oder Kloster 500. Rthlr. offeriret, wannen-
hero derselbe des rechten belehret zu werden verlanger; Ob M. P.
wenn auch gleich erweislich wäre, daßer obgedachter maßen, vor sei-
ne geistliche Beförderung eine Summe Geldes offeriret, bey denen
in dem überschickten Berichte, angeführten Umständen, von dem
iezigen uacanten Pfarr-Ambr mit Recht zu excludiren sey:

Wenn nun gleich die Erlangung eines geistlichen Ambtes
durch offerirte Geschenke so wohl ärgerlich, als auch in denen Rech-
ten höchstens verbotnen,

can. 1. 2. 3. 4. 7. c. 1. Qu. 3. c. 1. X. de Simonia.

l. 31 l. 42. C. de Episc. et Cleric. Nou. 6.

Gemeinlich auch zu der Kirch-Farth sonderbahren Schaden und
Nachtheil ausschläget.

GONZALEZ TELLEZ. ad Cap. 12. de Simon. num. 7.

ESPENIVS in Iur. Eccl. P. 2. p. 674. n. 3. seqq.

und insgemein dergleichen Nundinationes unter das crimen
Simoniacum gezehlet werden.

*Dn. BERGER. Annor. ad Lancell. Inf. Iur. Can. L. 4. Tir.
verb. Simonia.*

welches

welches aber unter andern nicht nur mit der remotione und depositione ab officio per Simoniam obtento

c. 6. X. de Simonia.

sondern auch mit der poena perpetuae infamiae

l. 31. C. de Episc. et Cleric.

coerciret wird, folglich und da bey Ersetzung eines uacanten Predigt: Amtes, die Eingepfarreten, ob sie unter andern an des vorgestellten Candidati Leben und Bandel etwas auszusetzen haben, billig zu hören sind

ZIEGLER Superint. c. 12. §. 1. seqq.

es das Ansehen gewinnt, als ob bemeldter M. P. wenn selbiger des begemessenen delicti zu überführen, denen Eingepfarreten wieder ihren Willen nicht aufzudringen, sondern von Erlangung des uacanten Pfarr: Amtes zu repelliren sey, Dennoch aber und hieweil in facto angeführet wird, daß M. P. ein Mensch von guter Geschicklichkeit, und erudition, hiernächst auch erweislich sey, daß im Stifte Z. alle zu Evangelischen Kirchen: Ambtern beförderte unter dem Nahmen derer Cangeley: Sporteln, it. zur Bibliothec und dergleichen ansehnliche Summen bezahlen müsten, und nicht allein bishero allen Interessenten hierinn connuïret worden, sondern auch die auf solchem Fuß eingesetzte Evangelische Prediger, derer eine gute Zahl, insgesambt ohne Anstoß, Vorwurff und Verantwortung geblieben, ohngeachtet solches alles notorium und vermuthlich dem Fürstlichen Consistorio, und Summo Principi ebenmäßig bewust ist, hiernächst auch verschiedener Rechts: Lehrer Meinung nach, wenn gleich die Beförderung zu einem Predigt: Amte durch offerirte Geschenke gesucht und erhalten worden, solches vor ein eigentliches Crimen Simoniacum nicht zu achten

Dn. THOMAS. ad Lancell. Inst. Iur. Can. L. IV. T. 3. §. 1. n. 66.

D. BOEHMER. de inuolucris Simoniae detectis. c. 2. §. 9. seqq.

PERTSCHIVS de crimine Simoniae Sect. II. c. 2. §. 5. seqq.

K 2

wenig

5
12

wenigstens bemeldter M. P. das bey dem Stifte Z. gesuchte Predigt-
 Ambt nicht erlangt, noch die offerirte Summe davor wirklich er-
 leget hat, sondern alles in terminis conventionis verblieben, wel-
 che aber hernach wieder zurücke gegangen, und keinesweges zu
 Stande gekommen ist, da hingegen die poenae, welche in denen
 Rechten auf das crimen Simoniacum gesetzt, lediglich von der Si-
 monia reali anzunehmen, hingegen bey der conventionali cessiren

ENGEL. *ad Tit. X. de Simon. n. 34.*

auch so gar in folgenden Zeiten von dem rigore derer obbemeldten
 Straffen, bey der Simonia reali wieder abgegangen worden,

B. ZIEGLER. *de Episc. L. 2. c. 5. §. 68.*

PERTSCHIVS *c. 1. Sect. 1. c. 8. §. 5. lit. b.*

und oft bemeldter M. P. seines bishero wohlgeführten Lebens und
 Wandels halber sehr gute Zeugnisse vor sich hat. So erscheinet
 daraus allenthalben soviel, daß M. P. wenn auch gleich erweislich
 wäre, daß er obgedachter massen, vor die ehemals verhoffte geistliche
 Beförderung eine Summe Geldes offeriret, dennoch deswegen
 von dem lezigen uacanten Pfarr-Ambte mit Recht nicht zu exclu-
 diren sey.

§. XLV.

*Quod si
 nemo con-
 tradicat.
 insequi-
 tur Conc.
 docimast.
 absque
 mora uo-
 catio.*

Quod si uero scrutinio instituto, nemo adfit, qui impe-
 dimentum quoddam, quod uel doctrinam, uel mores noui
 Pastoris concernit, allegare, aut proferre possit, nihil
 amplius superest, quam, ut uocatio illi exhibeatur,
 atque Consistorio ad peragenda ista, quae ad ordina-
 tionem atque confirmationem noui Pastoris desidera-
 tur, consueto modo praesentetur. ORD. ECCL. SAX. Tit.
 von Examine derer Kirchen-Diener, §. also ist auch, uerb. und
 da sie sich vernehmen lassen etc. Id quod in tantum procedit, ut
 a Consensu semel declarato, Parochiani eo minus recedere
 possint, quo minus iura permittunt, ut, quae semel placuerunt,
 amplius displicere possint. c. 21. de Reg. iur. in 6to. Sicuti et
 alias,

5
12

alias, ius alteri quaesitum, poenitendi facultatem excludit, MEV. P. VII. Dec. 306. n. 1. In quam sententiam pronunciauit FAC. IVRID. LIPS. Mens. Ian. 1710. in causa des von freyen Stücken resignirenden M. und an dessen Stelle von denen des H. R. R. Grafen und Herren zu Castell und Frey: Herrn von Münster, als Episcopis und Patronis constituirten und uocirten Pfarrers K.

§. XLVI.

Debent etiam ea omnia, quae hucusque exposita sunt, in constitutione alicuius substituti obseruari, CARPZ. L. I. D. 23. in consti- B. BRUNNEM. Iur. Eccl. L. II. c. 8. §. 20. praesertim, cum, ceu tutione supra §. VI. deductum, substitutio talis ut plurimum cum spe noui Pa- futurae successiois fieri soleat. Loquitur enim saepius alle floris, gata ORD. ECCL. SAX. non de Pastoribus tantum, sed indif non mi- ferenter de ministris Ecclesiae, ad quorum numerum etiam nus etiam substituti merito referendi sunt. Neque enim dicis tantum in consti- modo gratia, sed in actuale adiutorium illius, qui ope alterius tuendo indiget, constituuntur. Atque exinde recte monet B. HORN. substituto ad Sebtr. L. I. T. 14. §. 29. uerb. cum spe successiois. Quod nec obseruan- Senatus Oppidanus Superintendententi aliquem substituere pos dum ue- nit. fit, in rebus Superintendentalibus, et cum spe successiois in hoc munere, nisi Princeps assentiatur, in tantum, ut, si munus Superintendentis et Pastoratus connexa sint, ne quidem in Pastoralibus, et quidem cum spe successiois sine Principis assensu, aliquem substituere ualeat, conf. B. STRYCK. de Expe- stantia C. III. n. 47.

§. XLVII.

Quod si uero substitutione semel legitime facta, Pastor Concio emeritus postea decedat, eique substitutus succedat, concio docimas. Probatoria noua omitti, et a Parochianis tantummodo explo- non insti- rari solet, an circa Substituti, in locum defuncti Pastoris uo- tuitur tuitur, amplus, si substitui- tur,



tus Pasto- tur, monendum habeant, quo facto, si in eo nihil desideretur,
ri emerito uocatio illi exhibetur, et ad confirmationem Consistorio prae-
succedat. sentatur. Ita *Protosynedrium Dresdense* rescripsit d. 3. Jul. 1715.
 ad Superintendentem atque Praefectum Vitemb. Wir haben
 aus eurem des Superintendenten erstattetem unterthänigstem Be-
 richte vom 28. des nechstabgewichenen Monaths Iunii verlesen hö-
 ren, daß der Pfarrer zu Globig M. Johann Christoph Hoppe den
 27. besagten Monaths verstorben sey, &c. Wenn uns denn der bis-
 herige Substitutus M. Martin Christian Golle um die Succession
 gehorsamst angelanget, wir auch solchem Suchen gnädigst statt
 gegeben, Als ist Unser Begehren hiermit, ihr der Commission-
 Rath und Crenß- Amtmann wollet demselben, woserne die Ein-
 gepfarreten, wieder dessen Persohn, Lehre, Leben und Wandel
 nichts erhebliches einzuwenden, die Vocation zu diesem Pfarr-
 Amte in gewöhnlicher Formausantworten, Ihr der Superinten-
 dent aber wegen der Confirmation und inuestitur an Unser Con-
 sistorium zu Wittenberg ihn remittiren und weisen, datan &c.
 Pari modo in uocatione Pastorum Castrensiū monente Dn.
 BEYER, in *addit. ad Carpz. L. I. D. 25.* concio docimastica raro
 obseruatur; quando enim Tribunus militum eiusmodi Pas-
 tori electo literas uocationis tradidit, eumque ad examen,
 ordinationem atque confirmationem praesentauit, statim ad
 Examen admittitur, eoque exantlato, et si in eo habilis pre-
 hensus fuerit, ordinatur atque confirmatur, simulque regula
 ipsi quaedam eine Instruction exhibetur, quam obseruare de-
 bet, in qua etiam inter alia continetur, quod, quamdiu in cas-
 tris uiuit, officium suum et actus ministeriales exercere qui-
 dem facultatem habeat, si uero extra castra commoretur, mu-
 nus eius cesset, aut potius suspendatur. Denique etiam haec
 concio tunc omititi solet, quando in eadem parochia quis
 ascendit. uid. B. HORN. *ad Schilt. L. I. T. 14. §. 35.* NAEVII
Ius Cleric. C. V. §. 34.

*Raro
 etiam in
 uocandis
 Pastor.
 castrens.
 adhibe-
 tur.*

§. XLVIII.

§. XLVIII.

Sumtus ad concionem necessarios, et quis illos suppedi- *Sumtus*
 tare debeat, quod attinet, praepriis consuetudines et sta- *ad Conc.*
 tuta cuiusvis loci euoluenda sunt B. HORN, *d. l. T. 20. §. 7. docimast.*
 Quae, si deficiant, nullum dubium, quin, sicuti reliqui sumtus *necessa-*
 ad constitutionem Ministrorum Ecclesiae necessarii, ex aerario *rios quis*
 ecclesiastico sint praestandi, quandoquidem sunt in totius *suppedi-*
 Ecclesiae commodum, CARPZ, *L. I. T. 4. D. 53. et 56.* Quod *tare de-*
 si uero fiscus Ecclesiasticus in tantum sit exhaustus, ut exinde *beat, sta-*
 defumi nequeant, ad illos exsoluendos Parochiani adstringen- *tuta cui-*
 di sunt. CARPZ, *L. I. D. 75.* NAEVII *us Cleric. d. l. §. 36.* cuius *in suis loci*
 obligationis fontem BOEHM, *Iur. Paroch. Sect. VIII. §. 2.* in eo *attendend.*
 ponit, quod ui intimae illius connexionis et relationis, quae
 parochianos Ecclesiae Parochiali addicit, tanquam membra
 illius Parochiae, onera *societatis* huius *Parochialis*, detrectare
 nequeant. Ius enim Naturae docet, in qualibet societate sin-
 gula membra ad onera eius ferenda concurrere debere, unde
 etiam nec nobiles, cum aequae sint Parochiani, ac rustici,
 CARPZ, *L. II. D. 346.* nec Filialistae excipiendi sunt. Modum
 autem contribuendi, quod attinet, nihil peculiare in legibus
 nostris hac de re sancitum deprehendimus. Vnde a *Constituto*
Vitemb. Mens. Sept. 1718. in causa Herrn Hanß Adam Frey-
 herrn von Endte, contra Herrn Augusten von Psul, modum tri-
 buendi nach denen Feuerstedten sequentem in modum appro-
 bauit. Daß Klr. so viel den ersten Klage-Punct betrifft, in Anse-
 hung derer Vol. sub z fol. 4. seqq. befindlichen documenten, und
 daß die libellirte proportion des Beytrages an sich selbst der Bil-
 ligkeit gemäß, und so lange ein anders nicht eingeführet oder herge-
 bracht, bey zu behalten, dasienige so ihm zu bescheinigen auferlegt,
 und er sich angemasset, zur Nothdurfft beygebracht. Derowegen
 die zur Ordination und andere bey dem Anzuge eines neuen Pfar-
 rers zu Alt-Zersnis erforderete Kosten von beyden Gemeinen zu bez-
 sagen

5
12

sagten Alt: Zehnitz und Mildenstein, nach denen Feuerstedten auszubringen. Quae sententia etiam postmodum a *Fac. Iur. Lips.* Mens. Dec. 1718. non obstante Leuteratione confirmata, et postmodum vires rei iudicatae et consecuta. Monet tamen Dn. BEYER, *ad Carpz. L. I. d. 58.* quod a Consistorio supremo Dresd. d. 20. August. 1658. Filialis praestatio tertiae partis sumtum tantummodo iniuncta fuerit; Sicuti etiam ad def. 53. praecudio confirmat, quod in casu uoluntariae mutationis, ipsi Pastores sumtus necessarios praestare obstricti sint. Conf. etiam *Illustr. Dn. de BERGER. ad Ord. Proc. Sax. p. 101.* ubi ostendit, a Consistorio Vitemb. suafum fuisse POTENTISSIMO REGI, quo sumtus, a dominis iurisdictionalibus, qui concioni docimasticae aliisue explorationum generibus intersunt, facti, non ex aerario Ecclesiastico, sed de propriis facultatibus, sint soluendi.

Conclusio.

Haec dicta sunt, quae circa Concionem docimasticam pro temporis aliorumque negotiorum et institui ratione delineare saltem, nobis licuit. Multa restare, quae plenior et meliorem forte inuestigationem requiri uidentur, nos non latet, sed relinquimus ea iis, quibus hanc materiam huc dum, quantum scimus, a nemine sigillatim exhibitam, plenius tradere placet. Tuum erit L. B. ut ea, quae scripta sunt, aequi bonique consulas; Nostrum uero, ut DEO O. M. pro concessis uiribus immortales persoluamus grates, cuius et directioni futuros commendamus labores.



5
12

VIRO IUVENI
STIRPE ET GLORIA MAIORVM
GENEROSISSIMO

S. D. P.

P R A E S E S.

Recte laudi ducitur iis, Academiae confecto cursu qui relinquunt, ut ante Studiorum reddant rationem DEO, Patriae, quam discedant. Enimvero eo ipso declarant, cuique suum esse tribuendum, et quod non nobis ipsis uiuamus, sed aliis, et ratio reddenda maxime sit iis, in quorum gratiam

L tiam

tiam uiuimus. TVIS inde, VIR
GENEROSISSIME, applaudo
conatibus, quod ante rationem red-
dere uolueris studiorum, quam
Academiam nostram, exantlato
quinquennio deseris. Hoc ipso
enim TE dignum GENEROSIS-
SIMO PATRE filium ostendis;
hoc ipso probas, rem abs TE bene
gestam esse, atque hoc ipso demon-
stras, Maiorum uestigia premere,
TE omnibus modis conari, et Pa-
triae inseruire, TIBI esse curae.
Valde itaque et ex animo TIBI gra-
tulator conatum TVVM doctrinae-
que specimen, quod in euoluendis
ritibus Ecclesiarum eorumque iu-
re, omnibus nobis in frequenti
Commilitonum Concione, publice
et feliciter demonstras. Nam hoc
demon-

15
12

demonstras, ritus et iura Ecclesiarum scire, decere Nobilem, imo hocce affirmas, solida Principia Iuris Ecclesiastici insignem praestare usum in Iuris Publici studio. Id certum, omnia adminicula, quae aliquid ad Iuris Publici studium conferre videntur, parum aut nihil proficere, si iura Ecclesiastica scire quis negligat, ritusque et antiquitatum Ecclesiae monumenta cognoscere, contemnat. Nihiligitur iucundius, nilque magis acceptum obuenire mihi potuisset, quam laudibus TVIS, Vir GENROSISSIMAE, suffragari, quas quotidie a TE augeri scio, et gaudeo. Applaudit Patria, applaudunt omnes, et suspiciunt, Reipubl. qui bene cupiunt. Enimuero non

L 2

in


in armis solum, uerum etiam in literarum cultura, reipubl. salus. Perfruaris itaque studiis feliciter, et in rem Reipubl. et Ecclesiae, quantum in TE est, uertere annitaris. Quod ut bene TIBI cedat, ex animo TIBI precor. Dab. Vitemb. e Museo Dom. IV. Adu. Messiae,
M DCC XX.



Wittenberg, Diss., 1720



f
sb.





3. C. 12. num. 3. 1720 116 14 12

F. F.
DISSERTATIO ACADEMICA
DE
**CONCIONE
DOCIMASTICA**

P. 370.

GERMANIS
Prob = Predigt
DICTA

SVB PRAESIDIO
JO. GODOFR. KRAVSII, D.
PROFESSORIS PVBLICI EXTRA-ORDIN. SCABINATVS,
ET FACVLTATIS JVRID. VITEMBERG. JVDICII ITEM
PROVINCIALIS INFERIORIS LVSATIAE ASSESSORIS
SVBSTITVTI CVRIA EQVE PROVINC. ET
CONSIST. ADVOCATI ORDINARII

RESPONDENTE
JVLIO ALEXANDRO ab HARTITZSCH
EQVITE MISNICO
IN ALMA LEVCOREA

PLACIDO ERVDITORVM JVDICIO
SVBMITTITVR
CALEND. V. JANVARIJ 1720



EDITIO II.
VVITTENBERGAE, LITTERIS SCHEFFLERIANIS.
1739

